JOANNIS CORNELII DE PAUW NOTÆ IN PINDARI OLYMPIA, PYTHIA, NEMEA, ISTHMIA.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

LONDINI:
Apud JOAN. BRINDLEY, *Bibliopolam.*
MDCCXLIX.



LECTORI.

Habes hic Notas meas in Pindarum: Eas excipient aliæ ſimiles in alios Auctores priſcos; quos cum integro contextu edere ſupervacaneum foret, quia vel ſatis ſunt obvii, vel nuper exercuerunt prela. Quod in Æſchylo feci, feci etiam in Pindaro: Metrum curavi, & ſententiam verborum explicui; collata denuo prima Editione Aldi, & altera ſecuta Calliergi; cum hanc ad me transmiſiſſet amiciſſimus *Gronovius* meus, illam idem Vir plurimum reverendus, *Hieronymus De Wilhem*, cujus humanitati Æſchyli Aldinam debeo. In re Metrica Schmidium nunc ſequuntur omnes: Nullo jure & imperite: Ille enim ſyllabas numeravit ſolas, & ſic Metra & Metrorum pedes non modo miſcuit, ſed etiam longe plurima mutavit, quæ κατα ισοδυναμιαν optimo jure ſtare

poſſunt; ut ſyllabas ſyllabis opponeret, ineptiſſime præterea breviſſimas producens & longiſſimas corripiens ſolo arbitrio ſuo. Rectius ſe habent Metrica antiqua; ſed quæ unius non ſunt Technici, haud dubie vero contexta ex plurium obſervatiunculis, qui nec ejusdem ætatis, nec ejusdem fuerunt ingenii: Mala enim miſcentur bonis, & non pauca in illis reperiuntur, quæ ineptiæ ſunt meræ: Adhæc Scribarum imperitia & mutilata & corrupta ſunt ſæpius, neque dicunt hodie, quod dicebant olim, cum ex parentum calamo exibant: Ea igitur rite examinans, Technicorum errores notavi; Scribarum παραγραμματα, quatenus licuit, correxi; & rem Metricam ita explanavi, ut obices ſuperſint nulli, qui morari poſſunt: Metra nunc accurate ſunt diſtincta, & accurate etiam ſunt diſtincti Metrorum pedes, omnisque confuſio, quam recentiores Technici induxerunt, a nobis eſt ſublata; cum antea in Anacreonticis ab illis decepti, ipſi etiam ſcripſerimus quædam, in quibus non

non eſt ille rei Metricæ nitor, quem Hephæſtionis eruditio nobis præſcribit: Annotemus ea hac occaſione breviter: Jonicus non jungitur cum Choriambo: & Verſus Παρα δ' ἱσιην καθισας, ſi mediam in ἱσιην producas, Anapæſticus eſt Dimeter Brachycatalectus; ſi corripias, Epichoriambicus Dimeter Acatalectus: Sic enim Antiſpaſtus pro Dijambo præcedit. Jonicus non amat Epitritum primum: Verſiculi igitur, Θιασῳ τερπομαι κυρων: Δι' ὀν αμπαυεται λυπα: Απαλην παιδα κατεχων, ſunt Antiſpaſtici Dimetri Catalectici, quorum Antiſpaſtus integer eſt quinqueſyllabus. Ditrochæus proprie dictus non copulatur cum Epitrito quarto: & Verſus Ον δ' εχω δραμειν, ουκ οιδα, Antiſpaſticus eſt Dimeter Acatalectus, ex Antiſpaſtis duobus integris: Ditrochæus enim eſt Antiſpaſtus bonus. Antiſpaſtus non ſociatur cum Jonico a minore: Verſiculus igitur Επειδη βροτος ετεχθην, pro Antiſpaſtico Dimetro Acatalecto ex duobus Antiſpaſtis habendus eſt propter ſyllabæ poſtremæ ἀδιαφοριαν: ut & alter Ε-

ρως, Ιμερος, γελωντες: Nam Ditrochæus, ut dixi, Antiſpaſtus eſt bonus. Pæon tertius fugit Jonicum a minore: & ſumta poſtremæ αδιαφοριᾳ, omnes illi Verſiculi vel pro puris Pæonicis, vel pro puris etiam Antiſpaſticis Dimetris Acatalectis haberi debent: Pæon ſcilicet tertius, vel Pæon eſt, vel Antiſpaſtus. Idem Pæon tertius amicus non eſt Choriambo: Quare Δολερον νοον μεροπων: Verſusque ſimiles, ſunt Epichoriambici Dimetri Acatalecti, ſumto Antiſpaſto pro Pæone. Pæon tertius reſpuit etiam Epitritum tertium & Jonicum a majore: & ſumendus Antiſpaſtus cum Syzygia Jambica ἑπτασημῳ, ut Verſus, Οταν εις φρενας τας εμας: Δολιοις, απις', ανδαγοις, ſint Antiſpaſtici Glyconii. Pæon ſecundus non diligit Choriambum: & Verſiculus Υπ' αμπελον ευπεταλον, eſt Anapæſticus Dimeter Brachycatalectus, a Jambo incipiens. Pæon quartus non jungitur cum Choriambo: Verſiculus Τι καλον εστι βαδιζειν, vel Anacreonticus eſt producta prima in καλον, vel Aſynartetus Dimeter

ter Catalecticus, ex Monometro Trochaico & Monometro Jambico acciſo. Idem Pæon quartus non jungitur cum Epitrito primo vel Antiſpaſto: & Verſus Οταν ὁ Βακχος εισελθῃ, Antiſpaſticus eſt Dimeter Catalecticus, cum Antiſpaſto quinqueſyllabo. Epitritus primus cum Ditrochæo; Epitritus primus cum Choriambo; Epitritus primus cum Antiſpaſto; & Epitritus primus cum Bacchio; pedes ſunt irregulares, & efficiunt Antiſpaſtica πολυσχηματισα. Epitritus quartus non amat Anapæſtum: & Verſiculus Εισελθῃ μεθυδοτας, eſt Antiſpaſticus Dimeter Catalecticus, ex uno Antiſpaſto integro, & uno Antiſpaſto acciſo: Alter ſequens Μηδεν μοι και ὑμιν εςω, pro *Ditrochæo* ſumto Antiſpaſto, Antiſpaſticus eſt Dimeter Acatalectus. Proceleusmaticus non copulatur cum Jonico: & Verſus Χ' ὑπο τα πεταλα δυναι, Antiſpaſticus eſt Pherecratius, converſo Proceleusmatico in Antiſpaſtum quinqueſyllabum, qui duas breves habet pro una longa. Moloſſus non connectitur

cum

cum Ditrochæo: & Verſiculus Την ψυχην μου καρωσον, eſt Antiſpaſticus Pherecratius ατακτος cum Antiſpaſto in longam deſinente. Bacchius non amat Moloſſum: & ſi Πλεον χρυσου νευρα maneat, vel tres ſunt Spondei pro tribus Dactylis producta prima loci privilegio, vel duobus Spondeis Æolice Jambus præmittitur. Antibacchius etiam Moloſſum non amat: & ſi Αιγλαν τε λαμπρυνοις retineatur, Jambicum eſt Dimetrum Brachycatalectum. Atque hoc obiter; ut benignitati illorum Semonum occurram, qui nimio me & mea corrigendi ducuntur ſtudio: Tu Lector vale, & non mihi, ſed veritati ubique fave. Trajecti ad Rhenum, Idib. Februar. A. CIↃ IↃ CCXXXXVII.

JO-

JOANNIS CORNELII DE PAUW

NOTÆ

IN PINDARUM:

EDIT. OXON.

IN OLYMPIA.

ODE I.

Col. 3. Ἄτε διαπρεπει νυ-] Trochaicum Ithyphallicum, ut Colon præcedens: Nam prima in ἁτε eſt brevis: Metricus de Choriambico ineptit. 7. Μηκεθ' ἁλιου σκοπει &c.] Quid hæc ad αεθλα? Nihil certe, nihil: Et nugatur Poëta, ſi ita ſcripſerit: Legendum arbitror plane, Ει δε εσθλα γαρυεν Ελδεαι φιλον ητορ, Μηκεθ' ἁλιε σκοπει Αλλο &c. Optima eſt aqua, ſplendidum eſt aurum: ſed ſi egregia canere vis, mi anime, vel Solem cane, vel cane Olympica: Nihil quippe præſtantius eſt revera Sole, & quæ cum Sole comparari poſſunt, Olympi-

cis: Sic εννοια est satis apta, & verba etiam satis apte cohærent: Scis, quid de his Galli eruditi. In concursu vocalium Character est Pindaricus. 9. Εν ἀμερᾳ] Pro Epitheto est, & cum θαλπνοτερον, φαεινον arcte cohæret: Alias ineptiret Poëta. 10. Εχημας δι' αιθερος] Antispasticum Dimetrum Catalecticum: Ditrochæus est Antispastus bonus: Metricus, το δεκατον, αντισπαστικον επιωνικον διμετρον καταληκτικον. ου λεγεται &c: Ridicule: Sed delendum videtur αντισπαστικον, quod adjectum a stipite: Junge Scalam ad Col. Epodi 12: Ipse Antispastus etiam plane alienus ab Jonicis. 15. Σοφων μητιεσσι κελαδειν] Metricus, το ιε. διμετρον κατ' αντιπαθειαν ὑπερκαταληκτον· αντισπαστος γαρ και παιων πρωτος και συλλαβη. Excidit vox & legendum, αντισπαστικον διμετρον κατ' αντιπαθειαν ὑπερκαταληκτον: Pæon primus efficit Trochæum, quem Antispastus non amat: Inde αντιπαθεια Metrici: Sed Pæones & Antispasti non junguntur: Ego Colon pro vero Antispastico Dimetro Acatalecto habeo: Pes scilicet secundus est Syzygia Jambica ἑπτασημος, Dactylo sumto κατα διαλυσιν pro Spondeo.

16. Κρονυ παιδ', ες αφνεαν ἱκομενυς] Verum etiam Antispasticum Trimetrum Catalecticum, nec de αντιπαθειᾳ cogito cum Metrico. ἱκομενυς κελαδειν bonum est, & bonum etiam ἱκομενοις αμφιβαλλεται, non tertium αυδασομεν ἱκομενοι: Id enim verborum cohærentiam

tiam turbat. 17. Μαχαιραν Ιερωνος ἑστιαν] Antiſpaſticum Dimetrum Hypercatalectum: Antiſpaſtus primus eſt quinqueſyllabus: De Phalæcio balbutit Metricus. 18. Θεμιστειον ὁς αμφεπει Σκαπτον] Θεμιστειον adjective nota: Θεμιστεον eſt apud Heſychium: Hic ſyllaba longa requirebatur: Non inepte etiam ſcribere potuiſſet Lyricus Θεμιστευον σκαπτον a Θεμιστευω: Imo id figuratius & grandius fuiſſet. 22. Αγλαϊζεται δε] ita ſcriptum ακαταλληλως, ut recte Antiqui Interpretes obſervant: δρεπων μεν, αγλαϊζομενος δε: Metri neceſſitas effecit. 27. πασσαλω] Non ita Dores: Alia innumera id genus: Moneo ſemel in principio. 28. ει τι τοι Πισας τε] Πισας ſolet primam producere: Hic corripitur propter Metrum Trochaicum, ut & alibi apud Noſtrum: cui Simonidem adjungit Scholiaſtes: Pro ουτω δε, οι παρα Πινδαρῳ και Σιμωνιδῃ legendum in Scholiis οι περι Πινδαρον και Σιμωνιδην, phraſi notiſſima. 35. Συναλοσιον, ἱπποχαρμαν] Aſynartetum ex Monometro Jambico & Monometro Trochaico: Tribrachys eſt pro Jambo. 37. Δε οι κλεος παρ' ευαναξι Λυδω] Antiſpaſticum Trimetrum Catalecticum, cum Dijambo in principio: Metricus peſſime Jambicum cudit. 38. Πελοπος αποικια τω μεγασθενης] Metricus ιαμβικα δυο πενθημιμερη και συλλαβη: Ego malo Aſynartetum ex Jambico Dimetro Brachycatalecto & Trochaico Penthemimeri: Id enim rotundius.

39. Ερασσατο γαιαοχος Ποσειδων] Aſynartetum ex duobus Penthemimeribus Jambicis.

43. Η θαυματα πολλα] *Sane miracula ſunt multa*: θαυματα eſt ſubſtantivum, & hæc optima lectio. 46. Δεδαιδαλμενοι ψευδεσι ποικιλοις] Antiſpaſticum Trimetrum Brachycatalectum: Antiſpaſtum excipiunt Jambica, & Anapæſtus eſt pro Jambo.

57 μειων γαρ αιτια] μειων ad καλα præcedens pertinet: Bona de Diis fingere, minor eſt culpa, quam de illis fingere prava: Id omne, quod de Diis fingitur, culpa eſt: ſed ea minor, ſi bona, quam ſi mala de illis fingantur: Et hoc reſpicit ſequentia, quæ ipſe narraturus eſt: Neptunum enim fingit forma pueri captum, non Cererem aut quemquam Deorum alium γαστριμαργον & ventri deditum: φαμεν una cum καλα referendum ad ipſos μυθυς: Sic ſententia eſt optima. 66. Χρυσεαισι τ' αν' ἱπποις] Ita legendum: Nam copula requiritur. 68. μεταβασαι] *tranſiiſſe*: rapuiſſe & cum rapto tranſiiſſe. 69. Ενθα δευτερῳ χρονῳ] Inepta lectio, & inepti, qui eam tuentur: Locus eſt corruptus, & legendum abſque dubio, Ενθ' ανωτερῳ χρονῳ Ηλθε και Γανυμηδης. 80. Τραπεζαισι τ' αμφιδευτατα κρεων, Σεθεν &c.] Locus difficilis, & non eodem modo lectus & intellectus olim: Dicam uno verbo: Legendum puto, Τραπεζαισι τ' αμφι δευτα τα κρεων Σεθεν διεδασαντο και φαγον. αμφι vel adverbium vel præpoſitio

ſitio eſt: αμφι τραπεζαισι διεδασαντο, vel τραπεζαισι διεδασαντο αμφι: δευτα τα κρεων σεθεν, τα κρεα σεθεν δευτα: membra tua lebeti immerſa: δευτος a δευω: Sic ne literam mutare neceſſe, & ſententia eſt perſpicua: Quæ alii ſcribunt, non ſunt unius aſſis: Si αμφι δευτατα jungas, ut Athenæus junxit, neque menſis ſecundis conveniunt fercula, neque bonum eſt κρεων διεδασαντο: Locus enim non eſt τῳ μειζονι: Alia prætereo: Unus ex Antiquis, δευτατα, η τα εσχατα, η τα βεβρεγμενα τῳ αἱματι: Ineptiit miſer: Nam cocta non poterant βεβρεγμενα eſſe αἱματι, neque δευτατα βεβρεγμενα eſſe poteſt; ſed in Libris fortaſſe repperit δευτα, quod ego poſui. Erunt, qui αμφι cum δευτα connectent: αμφιδευτα τα κρεων: idque non ineptum quoque: Eo autem opportunius & δευτα, & αμφιδευτα eſt, quod de ipſa immiſſione nihil præcedat: τε ταμον κατα μελη αμφ' ακμαν ὑδατος πυρι ζεουσαν. 91. Ταν οἱ Πατηρ ὑπερκρεμα- σε, καρτερον αυτῳ λιθον] οἱ πατηρ arcte jungendum: *pater ejus*: οὐ πατηρ, dativus pro genitivo, ut ſæpe: Sic αυτῳ recte ſequitur: Interpretes non bene. 97. Μετα τριων τεταρτον Πονον] De Siſypho, Tityo & Ixione intelligo; & ſcribendum Μετα τριων τεταρτος, ne oratio ſit male hiulca: εχει μετα τριων τεταρτος: Perſona perſonam requirit: τεταρτον ad rem & πονον ſe refert, neque ſic convenit: Quin & per ſe pravum eſt, quia de tribus nihil præceſſit, & απα-

λαμον βιον τετον ipsum ternarium excludit, neque τεταρτον πονον etiam ad βιον apte accedit: απαλαμον βιον τουτον, εμπεδομοχθον πονον, cum μετα τριων τεταρτος, optima sunt. 110. Λαχναι νιν μελαν γενειον ερεφον] νιν ερεφον cohæret, & ad μελαν γενειον subaudiendum κατα, ut verba sint apta: Nisi legendum forte, Λαχναι νιν μελαγγενειον una voce: Sic μελαγγειος habemus, ut notum: *eum, cui barba erat nigra:* Et hoc non rejiculum certe. 111. Ετοιμον ανεφρονησεν γαμον] ἑτοιμον, si Neptunus annueret: Ita accipe. 120. ει τι Ποσειδαον ες χαριν &c.] ει χαρις τις ερασθη προς εμε μενον: Ipsum amorem Neptuni respicit eumque in memoriam revocat Deo, ut annuat: Ita unus ex Antiquis perbene. 127. ολεσας] Alii Libri ολεσαις: ad Dorismum apprime, quo participii postrema ex Idiomate brevis, adjectione literæ producebatur: Vide, qui de Dialectis scripserunt. 137. ουδ' ακραντοις εφαψατ' ων επεσ- σι] ουδ' εφαψατο θεων επεσσι ακραντοις: Ita supple: Interpretes non bene. 140. εν πτεροισιν τ' ακαμαντας ἱππους] ἱππους εν πτεροισιν pro ἱππους πτερωτους: Elegans & equestris est locutio: Benedictus risum meretur. 144. Τεκε δε λαγετας ἑξ] Edit. Ald. Roman. & pleræque aliæ, Α τεκε λαγετας ἑξ: Quod hic habemus, requirit sententia & συνεχεια verborum, sed non requirit Metrum: Colon enim est Trochaicum, quod in principio æque Dactylum

lum admittit, ac Tribrachyn: De pedum ισοδυναμια non cogitarunt Interpretes.

145. Αρεταισι μεμαλοτας] *qui virtutibus fuerunt curæ*: hoc Emphaticum. 146. Εν αἱμακουριαις] Celebris eſt locus Plutarchi in Vit. Ariſtidis, ubi inter alia, και τον ταυρον εις την πυραν σφαξας, και κατευξαμενος Διϊ και Ερμῃ χθονιῳ, παρακαλει τους αγαθους ανδρας τους υπερ της Ελλαδος αποθανοντας επι το δειπνον και την αἱμακουριαν. Quæ ſi rite conſideres, minus probabile eſt, quod de epheborum feſto hic ſcribit Triclinius: An κουρος in voce Bœotica quæſivit, & inde commentum Grammatici? Si Plutarchum ſequamur, a κορεω & κορος non male deducitur, ſed αἱμακωρια Bœotice præſtat. 159. α- ει παραμερον] Hæc arcte jungenda: αει de continuis, quæ ſeſe conſtanter excipiunt, pulchre dicitur: Sic παραμερον, & αει παραμερον. 163. ἱππικῳ νομῳ] Quia κελητι vicerat: Et νομῳ vertendum *modo*: Vox Muſica eſt νομος, & idem, quod τονος & τροπος: Si ἁρματι viciſſet Hieron, ἁρματειον νομον accinuiſſet: Eoque pertinet ſequens, Ει δε μη ταχυ λιποι, Ετι γλυκυτεραν κεν ελπομαι Συν ἁρματι θοῳ κλεϊξειν, Επικουρον &c. De ἁρματειῳ νομῳ Plutarchus Orat. 2. de fort. Alexandri: Alibi forte plura: Interpretes hæc non intelligunt.

164. Αιολῃδι μολπᾳ] Habuimus ſupra, Αλλα Δωριαν α- πο φορμιγγα πασσαλου Λαμβαν', ειτι τοι &c. Unde apparet, Pindarum

non distinxisse τονον Αιολιον a τονῳ Δωριῳ, quos distinxerunt postea alii: Vide Ptolemæum in Harmonicis & ejus Interpretes: τονος Δωριος erat gravis sibique constans: cui proinde non convenit illud ποικιλον & αιολον, de quo hic Commentatores. 167. Καλων τε ιδριν αλλον, η δυ-] Ita Schmidius ex duobus Libris Palatinis: Alii omnes, Καλων τε ιδριν αλλον και δυ-, & Καλων τε ιδριν ἁμα και δυ-: Utrumque respuit Metrum Jambicum, cui amica est lectio Palatina: Durum tamen αμφοτερα Καλων ΤΕ ιδριν, Η δυ-: An in quibusdam Libris fuit olim, Καλων τε ιδριν ἁμα γε και δυ-, vel Καλων γε ιδριν ἁμα τε και δυ-: in quibusdam vero, Καλων τε ιδριν αλλον, ιδε δυ-? In utroque est Tribrachys pro Jambo, & Metrum licite variat: Si αλλον η præferas, pro Καλων τε rectius scribas Καλων γε. Ad Hieronem autem hoc referendum, non ad ipsum Pindarum, & ιδριν ponens pro comparante est, & τῳ κυριωτερον respondet. 172. τεαισι μηδεται, Εχων τυτο κηδος, Ιερων, Μεριμναισιν] τεαισι μηδεται μεριμναισιν arcte cohæret, & εχων τυτο κηδος est pro casu quarto: Sic Sermonis indoli satisfit: Interpretes male εν subaudiunt. 175. Ετι γλυκυτεραν κεν ελπομαι Συν ἁρματι &c.] Illud γλυκυτεραν perperam nectitur cum επικουραν ὁδον λογων: Nihil enim durius aut ineptius: Patet ex interpretamentis: Ad μεριμναισιν pertinet, & γλυκυτεραν positum pro γλυκυτεραν μεριμναν: ει

δε

δε μη ταχυ λιποι, ετι γλυκυτεραν σου μεριμναν συν ἁρματι θοῳ ελπομαι κλεϊξειν: Hoc facile & perſpicuum. 179. Ἐμοι μεν ων Μοισα καρ[ε]περωτατον βελος αλκᾳ τρεφει] De Lyrica Poëſi accipe in genere, ne ineptus ſui ipſius laudator ſit Auctor. 187. προφαντον σοφιᾳ] σοφια, ἡ ποιητικη, & σοφοι, οἱ ποιηται.

ODE II.

Col. 1. Αναξιφορμιγγες ὑμνοι] ὑμνοι, οἱ εστε αναχτες φορμιγγος: *qui regitis Lyram*: quorum partes ſunt primæ & præcipuæ in Lyra: Ad hymnorum præſtantiam pertinet. Elegantiſſime etiam ſcribere potuiſſet Vates, Αραξιφορμιγγες ὑμνοι: Hymni, a quibus eſt quod pulſetur Lyra, & ſine quibus eſſet plane muta: Pindaricum vere. 2. Τινα Θεον, τιν' Ηρωα] Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum: Antiſpaſtus integer eſt quinqueſyllabus: Jonicum Metrici eſt nimis ambiguum, & iſta acciſa nihil definiunt. 3. Τινα δ' Ανδρα κελαδησομεν] Antiſpaſticum Dimetrum Hypercatalectum: Metricus inepte, αντισπαστικον διμετρον ακαταληκτον: Sumit ſcilicet poſt Antiſpaſtum syzygiam Jambicam ἑπτασημον; cum Antiſpaſtus ſecundus ſit ejusdem indolis, cujus eſt primus: Ita intellige bonum, εις ποδας τεσσαρας τους δισυλλαβους μεταλλασσεται, ὡς και ενταυθα ὁρα γαρ. ἡ δευτερα συζυγια ιαμβικη εστιν οικεια τῳ αντισπαστῳ. Ita diſtinguendum: Nunc prava diſtinctione iſta ſenſu carent.

4. Ητοι Πισα μεν Διος] Pæonicum Dimetrum Hypercatalectum ex Antibacchiis, vel quia Antibacchios non admodum diligunt Lyrici, Asynartetum potius Catalecticum ex Monometro Jambico & Monometro Trochaico: Nam Dactylum in fine Jambici Dimetri Brachycatalecti ponere non audeo, quanquam ibi pro Anapæsto recte stat Spondeus. Metrici Choriambicum iterum nimis est ambiguum. 5. Ολυμπιαδα δ' εστα-] In Versu Antistrophæ sequentis est Jambus pro Tribrache. 6. σεν Ηρακλεης] Antispasti in oppositis variant. 7. Ακροθινα πολεμυ] Pæonicum Dimetrum Acatalectum ex Cretico & Pæone: Jonicum Metrici vagum etiam & ambiguum: Pro τῳ Ιωνικῳ αρχομενον apud eum scribendum τῳ Ιωνικῳ αρχομενῳ: Ita vocat Jonicum mutilum. ακροθινα πολεμυ, *summum belli cumulum*: partem belli postremam: postremum, quod bellum ibi gerens fecit: θις, ακροθις: *Cumulum adferre, cumulum accedere* norunt omnes: Male de spoliorum primitiis cogitant Interpretes: Sic ακροθινια scribere debuisset Pindarus: Neque id appositum de ipso agone. 8. Θηρωνα δε τετραοριας] Epionicum Dimetrum Acatalectum: Metricus accurate minus Ιωνικον, & apud eum corrupte ὑπερκαταλκτον pro ακαταλκτον: In τετραοριας vel τετραο vel οριας Tribrachys est: Difficilior enim est Synizesis, & sic adest τετρωριας. 9. Ενεκα νικαφορου] Pæonicum

cum Dimetrum Acatalectum ex Pæone & Cretico; qui recte notatur ad marg. edit. Brubacch. Metricus inconcinne pro eo Pæonem primum habet mutilatum: Pes primus est Pæon quartus, & Metrici τριτος in τεταρτος ad marg. edit. Brubacch. recte etiam mutatur. 11. Δικαιον ξενον] Antispastus in oppositis variat. 14 ορθοπολιν] Forma vocis nova, ab ορθοω: ορθοοπολιν. Legere vero præstat conjecturam, Ευωνυμων τε πατερων Αωτον ορθοπολιν: Sic verba aptius cohærent: χαμοντες enim sequitur, πατερων respiciens. 17. Σικελιας τ' εσαν Οφθαλμος] Malo Σικελιας τ' εσαν Οφθαλμοι: Syllaba nihilominus recte corripitur, quia Diphtongus sequitur: Vulgatum indigum est. 30 Εν δικᾳ τε και παρα δικαν] Trochaicum Dimetrum Acatalectum, cum Tribrache in fine: Metricus primam in δικαν corripit, & de Epichoriamco ineptit misere. 32. Χρονος ὁ παντων πατηρ] Pæonicus Dimeter ex Pæone & Cretico. 35. Εσλων γαρ ὑπο χαρματων] Recte Metricus, Επιωνικον δίμετρον ακαταληκτον: Pro Jonico est Pæon secundus, ut sæpe: Et sic nugantur lepide, qui εσλων pro εσθλων requiri putant, non pedum, sed syllabarum considerantes indolem: Hic εσθλων, ut vides, e textu ejectum est, idemque factum a Schmidio: Ergo εσθλων, in prima Epodo diligo, ut Metrum sit certius, ideoque ipsum Vatem ita studio scripsisse suspicor.

38.

38. Ανεκας ολβον ὑψηλον] De ανεκας Alii aliter: Non accedo: ανεκας jungendum cum ὑψηλον, non cum πεμπῃ, & αυξησις in eo Pindarica: Junge Stephanum in Append. Theſauri V. Ανεκας. 51. Λεγοντι δ' εν και θαλασσᾳ] Pro και εν θαλασσᾳ: Nota: poteſt venire uſui. 58. Ουδ' ἀσυχιμον ἀμεραν Οποτε &c.] Recte intelligunt quidam de die unoquoque, quem vivimus, & neſcimus, an tranquille *finiemus* & tranſigemus propter rerum humanarum inconſtantiam: Sic commode ſequitur, Ροαι δ' αλλοτ' &c, & male Tautologus non eſt Auctor: τελευτασομεν, διαξομεν. 65 Ουτω δε μοιρ', ἀ, τε πατρωϊον Τωνδ' εχει &c.] τε poſt ἀ non placet hic: Scribe ἀ γε πατρωϊον: τωνδ', *horum*, melius, quam τονδ', *hunc*: διττογραφιαν noſti. 70. Εξ οὑ περ εκτεινε Λαϊον μοιριμος υἱος] Aut Λαϊον contrahendum in Diſyllabum, aut habendum pro Anapæſto propter vocalem appoſitam: Vide Colon Epodi præcedentis: In Epodo poſtrema etiam eſt Anapæſtus pro Spondeo, & iſta variatio pedum non peccat, quia Trochaicum in locis paribus & Spondeum & Anapæſtum admittit: In Periodico autem hoc Trimetro Acatalecto, pes vel ſecundus vel quartus eſt hicce. 78. Νεοις εν αεθλοις] νεοις, τοις πρεπουσι νεοις, τοις δ' αγωνος: Ita Antiquus Scholiaſtes recte: Sequentia alio pertinent, & ſic aptum adeſt diſcrimen: νεων αεθλοις. 80. Αδραστιδαν Θαλος αρωγον δα-

μοις]

μοις] Αδραστιδαν θαλος arcte copulandum, ut copulandum etiam arcte αρωγον δομοις: Vide Schmidium: Αδραστεϊδαν, quod in omnibus eſt excepto uno Palatino, non mutandum: Tribrachys enim eſt pro Jambo, & Αδραστεϊς non deterius, quam Αδραστις: Naſutulo Triſyllabum diſplicuit. 82. Οθεν σπερματος εχοντα ριζαν, πρεπει &c.] Ita Schmidius ex ingenio: Non intercedo: Bonum tamen eſt εχοντι pro εχουσι, ubi τωνδε V. 66. præcedit, & λοιπῳ γενει V. 29. Theronem & Xenocratem reſpicit, fratriſque etiam mentio fit ſtatim: Retento autem εχοντι, ſequitur novo ſpiritu Πρεπει τον Αινησιδαμυ &c: idque in his Lyricis appoſitum: Quare nihil potius muto, & diſtinctionem τελειαν poſt ριζαν ex aliis editis repono. 85. Εγχωμιων τε μελεων Λυραν τε τυγχανεμεν] ἐν δια δυοιν: μελεων λυριχων, εγχωμιων λυριχων. 87. Ολυμπια μεν γαρ αυτος &c.] αυτος hic vertendum eſt *ſolus*, ut in iſtis Homeri, Τυδειδης δ' αυτος περ εων, περμαχοισιν εμιχθη: Id tamen minus conveniens hic propter Antitheſin, quæ ſequitur, & victoriam Theronis opponit victoriæ fratrum communi: Πυθωνι Δ' ομοχλαρον ες αδελφεον: Mallem, ſcripſiſſet Auctor, Ολυμπια μεν γαρ οιος: Od. præced. habuimus οιος εν ορφνᾳ Απυεν. 98. των τε χαι των Καιρον] Et δυσφρονων & ευτυχων: Ad præcedentia enim hæc reſpiciunt, το τυχειν & δυσφρονα, ibi memorata: χαιρον, tempus:

Divi-

Divitiæ virtute ornatæ ferunt facile & doloris & lætitiæ tempus, id est, dolorem & lætitiam ipsam: Φερειν est ὑπομενειν, 99. βαθειαν ὑπεχων Μεριμναν αγροτεραν] Profundam subiens sollicitudinem consequendi quod sibi conducat: Et hoc etiam ad τυχειν & δυσφρονα pertinet: In rebus difficilibus πλουτος αρεταις δεδαιδαλμενος anxie excogitat ea, quibus læta ubi venetur: αγροτεραν recte ad αγραν referunt Interpretes, eoque indicatur ipse venandi successus: Dicuntur autem hæc Ethice & γενικως, ut ex sequentibus apparet: Ideoque αγωνιας etiam in præcedentibus γενικως accipio de omnibus, quæ sunt periculosa & magnam animi contentionem desiderant: Sic locus est egregius & omnia sibi constant. 106. Τα δ' εν τοδε &c.] τα δε a θανοντων μεν pendet: Punctum igitur minus, & τα cum litera exigua requiritur.
108. φρασας] Malo φρασαις, ut Jambus sit certus. 110. Ισα δ' εν ἀμεραις ἀλι- ον εχοντες] Ισα pro Ισον, quod præcessit: Durior est variatio, quam exegit Metrum: Aldina, Ισαις δ' εν νυκτεσσιν αιει, Ισαις δ' εν ἀμεραις ἀλι-: Legi posset salvo Metro, Ισαις δε νυκτεσσιν αιει, Ισαις δ' ἀμεραις ἀλι-: Sed nihil muto.
114. τες αλκα χερων] Ald. & Pal. tertius, τες ω χερος ακμα: quod Schmidius pro Scholio habet: Inepte: Nihil enim redolet minus, quam Scholion: Et Dochmaicum etiam bonum est ita scriptum: Apertius tamen & signatius αλκα χερων.

χερων. 116. Κειναν παρα διαιταν] Κειναν habent omnes, neque moveo; ſed propter adjuncta, fateor, meo judicio elegantiſſime legeretur Κλειναν παρα διαιταν: Attende. 126. ετειλαν] ετελειωσαν: Nota: Heſychius, Τελλον, εποιουν: Et Τελλεται, επιτελει, Φαινεται, γινεται, ανυεται: Nam ita legendum pro επιτελειν φαινεται: τελω, τελεω: τελω, τελλω: τελω, τελος: τελλω, τελλις: Idem Heſychius, Τελλις, ὁλον, ταξις, μορος: Ita lego pro μεγος: Plura alias. Palatini tertii εσ]ειλαν non fert Metrum. 129. Νασον] Caſaubonus cum Pal. primo Νασος: Non obloquor. 130. περιπνεουσιν] Caſaubonus περιεπουσιν: Quo jure? Idne aptius & melius? Ibid. αν- θεμα δε χρυσου φλεγει] ανθεμα χρυσου, flores optimi & omnium venuſtiſſimi: χρυσος & χρυσοϋν, quicquid excellit & præſtat. 132. Τα μεν χερσοθεν, απ' α- γλαων δενδρεων] Alios flores terræ, alios arboribus tribuunt Interpretes: Inepte, ſi vera ſit lectio, quam hic habemus: Nam τα μεν χερσοθεν απ' αγλαων δενδρεων ſeparari non poteſt, & ſolos flores arboreos promit: Id certum: Et hoc igitur ſumendum, aut legendum, Τα μεν χερσοθε, κ' απ' α- γλαων δενδρεων: Sic ſeparatio locum habet: χερσοθε pro χερσοθεν ob Metrum: Talia plura: Probabilis eſt ſuſpicio, quia flores ex ipſa terra non omiſſurus videtur Poëta. 134. Υδωρ δ' αλλα φερβει] Ineptiſſime Scholiaſtes antiquus, ροδα, ὑακινθον, ια intelligit, quia

ταυτα

ταυτα ὑδατι τρεφεται: Sentiunt omnes, neque verbum addendum: Tu miſſis ineptiis, intellige flores, qui in aqua & aquæ ſuperficie naſcuntur: Tales, ut noſti, plures: Sic hi commode opponuntur præcedentibus.

135. Ορμοισι των χερας αναπλεκοντι και στεφανοις] Mira locutio: Nam qui κεφαλας ſubaudiunt, ut στεφανοις habeat quo commode referatur, balbutiunt miſere: Sic mallem cum aliis dicere, ὁρμοισι και στεφανοις χερας αναπλεκονσι ſcriptum eſſe præpoſtere pro ὁρμους και στεφανους αναπλεκοντι χερσι: Quanquam id etiam duriſſimum profecto: Perbene ſcripſiſſet Poëta, Ορμοισι των χερας αναπλεκοντι και κεφαλας: χερας, brachia, ut notum: Nihil accommodatius: ὁρμοις και στεφανοις male etiam Tautologum hic: An ita ſcripſit revera Pindarus? Id perquam probabile, & qui hic in Scholiis ſcribit, ὁρμοις ουν λεγει τοις ἑλιγμασιν, οἱς τας κεφαλας στεφανουνται και τας χειρας: quod etiam exprimit ſequens, ὁρμοις, τοις ενερμασιν οἱς τας χειρας στεφανουνται και τας κεφαλας: ipſum κεφαλας, credo, in Libris invenit. 137. Βουλαις εν ορθαις] εν abundat: Nihil frequentius.

138. Ον πατηρ εχει Κρονος ἑτοι-] Ald. & Pal. tertius, Ον πατης εχει γας ἑτοι-: An mutilate forſitan pro Ον πατηρ εχει μεγας?

140. Ποσις ὁ παντων Ρεας] ὁ Ρεας cohæret, & nihil planius. 152. Φωναντα] Pro φωνασντα nota: Dubito tamen, an ipſi Dores non

non ſcripſerint φωναεντα τρισυλλαβως per Synizeſin: Sic enim & vox erat ſignatior, & ſonus ab α circumflexo parum vel nihil diſcrepabat. 153. Δε το παν, ἑρμηνεων] παν hic ſine dubio corripuit Pindarus: Nihil enim certius ex Metro: Neque miror; διχρονον enim eſt ἀ, & menſura variat, ſimiliter ut υ & ι: Πισα ι brevi habuimus: Alia alibi: Ridiculi ſunt Magiſtelluli, qui in iſtis ſibi fingunt leges aheneas. To abeſſe non poteſt: Alias ες Δε ἁπαν, ἑρμηνεων reponerent fortaſſe barbatuli. 156. λαβροι Παγγλωσσιᾳ] Ita legendum: Ariſtidis παγγλωσσιας mihi perquam ſuſpectum: Jota adſcriptum ſcis quot errores excluſerit. 168. μητιν' ἑκατον Γε ετεων πολιν, Φιλοις ανδρα &c.] μητινα πολιν jungo, & ἑκατον ετεων dictum παροιμιακως de longiſſimo temporis intervallo: Ita nos etiam loquimur hodie. 171. αφθονεστερον τε χερα] Malo χερι, ut πραπισιν præcedit. 176. To λαλαγησαι θελων] Ingratum eſt το, & vix convenit loco: Scribendum puto, Τι λαλαγησαι θελων: Sic nihil venuſtius Græce. 177. Κρυφον τε θεμεν εσθλων, κακοις Εργοις] κρυφον eſt ab Ariſtarcho: Libri ante eum κρυφιον: Nimis naſutus fuit homo: Nam Anapæſtus in loco primo Verſus Jambici non peccat, nec Jambum requirunt Jambi oppoſiti: Ubi autem κρυφος pro κρυφιος? ubi κρυφος pro κρυψις? Viri Grammatici hoc eſt commentum, & nihil aliud,

ut ſic etiam εσθλων expediret: χρυφος εσθλων ſcilicet ſubſtantive recte dicitur, cum contra adjective dicatur prave: Hoc vident omnes: Alii εσθλων cum αινον jungunt, & ſic vocem explanare ſtudent: quo nihil durius aut ineptius: Quæ præterea in Scholiis ſunt, omitto; & legendum arbitror Κρυφιον τε θεμεν εσθλον, κακοις Εργοις: Id planum & perſpicuum: εσθλον, ſcilicet αινον, quod contra χορος primas agit, & vox apte reſpicit. 178. Επει ψαμμος αριθμον περιπεφευγεν] Ita legunt omnes, & ψαμμος pro caſu primo habent: Inepte, ſi quid video: Sententia enim miſere flaccescit voce ita accepta: Dicam, quod ſuſpicor, tribus verbis: Aut Doricum ψαμμος pro ψαμμυς hic habemus, aut pro ψαμμος ſcribendum eſt ψαμμω in caſu patrio, qui cum αριθμον cohæreat: Sic ſententia eſt bona, & Poëta dicit, quod debet: ψαμμος αριθμον Dorice eſt ψαμμυς κατ' αριθμον: ψαμμω αριθμον ψαμμυ αριθμον, ut dixi: Utrumque apte nectit περιπεφευγεν cum ὁσα χαρματα, & facit ut numeros habeat Periodus: Sic autem poſt περιπεφευγεν pro puncto collocandum eſt Comma, ut recte habent Editi quidam. Illud addam hic in fine: Verſus iſte, Φιλεοντι δε Μοισαι, in Stropha ſecunda ex ſcripturæ diſcrepantia ortus eſt: Fuit ſcilicet in quibuſdam, ϛα Σεμελα· φιλε- οντι μιν δε Μοισαι, pro ϛα Σεμελα· φιλει Δε μιν Παλλας αιει: idque annotatum originem dedit gibbo: In altera lectione Antiſpaſtus

tiſpaſtus variat & nihil ſane, quod ineptum videri queat: Præfero tamen, quod nunc habemus.

ODE III.

Εις Θεοξενια] Inepta Inſcriptio: Theoxenia non celebrantur in hac Oda: εν Θεοξενιοις aptum fuiſſet: Ita Recentiores ſuo more.

Col. 1. Τυνδαριδαις τε φιλοξεινοις ἀδειν] Metrico εγκωμιολογικον καταληκτικον: Ego malo Proſodiacum ανακλωμενον Trimetrum Catalecticum propter ea, quæ ipſe Metricus de προσοδιακῳ ſcribit: ανακλωμενον, quia Choriambus præcedit Jonicum: In Metrici Scala poſt δευτερα ιαμβικα, λιπουσης συλλαβης omnino requiritur. 2. Καλλιπλοκαμῳ &c.] Apud Metricum ex edit. Brubacch. ſcribendum, ὁτι ταις προσοδοις και προξενησεσι: προξενεω, προξενησις: Et ad vocem Θεοξενια alludit Grammaticus. 3. Κλειναν Ακραγαντα &c.] Metricus, προσοδιακον διμετρον. εις &c. Scribe προσοδιακον τριμετρον: ad Col. ſequens διμετρον ὑπερκαταληκτον rectum eſt. 5. Υμνον ορθωσας ακαμαντοποδων] Metricus, προσοδιακον τριμετρον καταληκτικον απο τροχαϊκης συζυγιας αντι &c. Ineptit: Admiſſo Ditrochæo Proſodiacum manere non poteſt Proſodiacum: Pedum enim alternatio ceſſat: Alibi rectius dicitur Epichoriambicum Pindaricum ex Sapphico: Quin & Trochaicum Dimetr. Hypercatal. eſſe poteſt: Duo enim Dactyli contigui non vitiant. Pro

ορθωσας malo ορθωσαις, ut vere longa sit syllaba.

6. Ιππων αωτον] Si Interpretes audiamus, ἱππων αωτος dicitur ὑμνος: An recte? Haud puto: Nam αωτον ἱππων ipsos ἱππους requirit & respicit, neque vagatur extra vocis adjectæ terminos: Vide alia gemella: Res est perspicua: Aliud igitur dictum, quam quod dictum opinantur illi: Legendum, Θηρωνος Ολυμπιονικαν Υμνον ορθωσαις, ακαμαντοποδων Ιππων αωτῳ: *Erigens hymnum Theronis Olympionicam pedes- indefessorum equorum flore:* quo scilicet victoria obtenta: αωτῳ ἱππων ακαμαντοποδων idem, quod ἱπποις ακαμαντοποσι: equis præstantissimis, quorum pedes non fatigantur: Sic αωτον indolem servat, & vocis adjunctæ præstantiam notat, ut debet: Ολυμπιονικαν autem & ἱππων αωτῳ sese respiciunt mutuo. §. νεοσιγαλον] Penultimam correptam nota: Sic de Dorismo non cogitandum cum Interpretibus: σιγαω, σιγα, σιγαλος, σιγαλεος, σιγαλοεις, νεοσιγαλος.

9. Δωριῳ φωναν εναρμοξαι πεδιλῳ Αγλαοκωμον] Hæc & præcedentia nonne indicant, hanc Oden novo Metro novoque Rhythmo conscriptam esse? Tale quid latere videtur mihi: Ignoramus vero ea, quia Musicam ignoramus antiquam: De Θεοξενιοις hic non cogitandum, ac si illa novum quid ingessissent: Ita ineptuli, qui Inscriptionem, credo, dederunt ineptam. Metricus hic, στησιχορειον, εκ μονων επιτριτων δευτερων. ἡ δε πρωτη συζυγια και τεταρτον

τεταρτον λαμβανει, διαλυομενυ τυ πρωτυ μακρου, εις δυο βραχεα: Quid illud poſtremum? An ſcribendum forte, ἡ δε πρωτη συζυγια και τεταρτον παιωνα λαμβανει, διαλυομενου &c? ut ſecundi Epitriti indolem explicet, & ejus rei exemplum quaſi ſuggerat in Colo 18: Si Θευμοροι ſcilicet in Θεομοροι diſſolvas, Epitritus ſecundus ea διαλυσει recipit quartum Pæonem: Hoc quiſque videt: Et ſic improbabilis non eſt ſuſpicio mea: Fors & Θεομοροι fuit revera in Libris quibuſdam: Et ita, ut nunc video, Aldina. 14. βοαν αυλων] κιθαριστηριων, qui citharæ comites perpetui: Diximus aliquid alibi. 17. Α, τε Πισα με γεγωνειν] απο κοινυ repetendum περασσει: Nihil enim aliud præcedit: Et hæc durior eſt Ellipſis: An ipſe Pindarus forte ſcripſit, Α, τε Πισα με γεγωνει? alta & clara voce clamat me, ut canam: Ita commode γεγωνει accipi poteſt, idque Pindaricum revera. 21. Ατρεκης Ελλανοδικας βλεφαρων &c.] Illud βλεφαρων cum ſequenti ὑψοθεν jungunt Interpretes: Nimis coacte profecto, & præterea etiam languide: Nam αμφι κομαισι non indiget ὑψοθεν βλεφαρων, ut quid ſit, intelligatur: An ατρεκης βλεφαρων ανηρ jungendum? Id perquam probabile mihi: Vir, cujus oculi nil niſi verum vident: ὑψοθεν per ſe poteſt etiam eſſe perquam Emphaticum: Nam ex loco eminentiori data videntur præmia ab Hellanodicis. Colon hoc ſimile Colo 5. Strophæ: Vide ibi. 23. Αμφι κομαισι &c.]

&c.] In Metricis delendum eſt punctum poſt ανακλωμενον: ανακλωμενον απο χοριαμβυ διμετρον ακαταληκτον. 24. κοχροα κοσμον &c.] Simile primo Strophæ: Ubi Proſodiacum diximus. 26. Αμφιτρυωνιαδας] Metricus, δακτυλικον πενθημιμερες. εν δε τη πρωτη επωδω, ἡ δας μακρα, συναιρεσιν επαθε των βραχεων· ἁπερ εισι, το μεν ἑν, τυ δακτυλου· το δε ἑτερον, ἡ συλλαβη: Quid ſibi volunt poſtrema? Credo eum, qui iſta ſcripſit, in Libris ſuis pro Αμφιτρυωνιαδας inveniſſe Αμφιτρυωνιδας: quod ita accepit, ut Verſum Penthemimerem effingeret, ac ſi δας longa, ex duabus brevibus contracta eſſet, quarum una Dactylo cedebat, altera conſtituebat ſyllabam: Sic nihil ſcilicet deerat, & Penthemimeres exire poterat: Scriptura inepta, & commentum ineptum hominis inepti.

27 Μναμα των Ουλυμπια &c.] Metricus, στησιχορειον διμετρον, ὑπερκαταληκτον. Vitium apertum: Scribe τριμετρον ακαταληκτον: Colon ſimile in Stropha. 28. πεισας] πεισαις. 30. Διος αιτει] αιτει haud dubie eſt verbum: De αιτει ſubſtantivo nugatur bonus Euſtathius; a quo deceptus fuit Menagius in Amœnitat. Jur. Civil. & Voſſius in Etymologico: Hic ipſe locus refutat hominem: αιθουσα omnes novimus: An αιθος pro œco, qui a ſole calet, alicubi adhibitum fuit, & ſic αιθος & αιτος confudit ille? Videbimus alibi diſtinctius. 31. σκιαρον τε φυτευμα, Ξυνον ανθρωποις στεφανον τ' αρετας] Alii rectius diſtin-

distinguunt, σκιαρον τε φυτευμα Ξυνον ανθρωποις, στεφανον τ' αρετας. 33. Ηδη γαρ αυτῳ] Ηρακλει: αυτῳ ab αντεφλεξεν regitur. 34. Πατρι μεν βωμων ἁγισθεν- των] *Aris Jovi conſecratis:* Aræ Jovi erant conſecratæ, ſed nondum in illis propter Agones ſacrificatum: Sic nihil præpoſterum hic, ut autumabant Interpretes Antiqui. 45. πορευειν] Male pro πορευεν: Talia in his millena: Moneo ſemel. 46. ν' Ιστριαν νιν. Ενθα Λατους] Editiones Antiquæ & plerique Libri, ν' Ιστριανην: quod Schmidium mutaſſe miror: Nam ſic exacte Spondeus reſpondet Spondeis in oppoſitis, cum ν' Ιστριαν νιν contra Trochæum opponat Spondeis: Nam νιν brevis eſt: Et ſic ſibi adverſus eſt Schmidius, ipſeque quod ponit, deſtruit: Mihi Ιστριαν νιν ideo non displicet: ισοδυναμους enim pedes legitimos admitto promiſcue. Tertia lectio fuit, ν' Ιστρια νιν: quam ſi probes, mutata diſtinctione ſcribendum, ν'. Ιστρια νιν ενθα Λατους Ιπποσοα &c: Id apertum. 54. Αντιθεισ' Ορθωσια, εγραψεν ἱεραν] ἱεραν eſt Tribrachys pro Trochæo vel Spondeo: Metricus non dubito, quin pro ἱεραν legerit ἱραν: Alias de Colo hoc ſcripſiſſet, quod de Colo poſtremo Strophæ ſcribit: Epitritum ſcilicet ſecundum in fine primum etiam Pæonem accipere: qualis eſt γραψεν ἱε. 57. Τοθι δενδρεα θαυμαινε &c.] Arbores, quas cervam perſequens, ea occaſione in Scythia videbat: Non enim propter

arbores, ſed propter cervam Scythiam petierat: Peſſime Antiquus Interpretes ad illud ſuperius, Δη τοτ' ες γαιαν πορευειν θυμος ωρμαιν' Ιστριαν νιν: Δια τουτο παραγενεσθαι πρυεθυμηθη εις την γην του ἱερου ποταμου, εις την Σκυθιαν: ut umbram loco induceret: Sic Vates balbutiret, & ασυστατα narraret: δη τοτε ibi ad tempus referendum: celebrato agone primo; poſt primum agonem, contigit, quod hic narratur. Interpres ambigue ἱμερος εσχεν vertit *deſiderium habebat:* Recte Benedictus *deſiderium cepit:* Moneo, quia lubricus eſt error, in quem incidit Antiquus Interpres, & alii fortaſſe cum eo. 62. Ιλαος αντιθεοισι νισσεται] Haud dubie legendum αντιθεοισιν, ut Verſui bene ſit. 63. Συν βαθυζωνου διδυμοις παισι Ληδας] Colon Steſichoreum laborat, niſi δυ in διδυμοις hic produxerit Pindarus: Idne ſtatuendum? Per me licet: διχρονον enim eſt υ, cujus menſura variat: Alias ſcribendum, vel Συν βαθυζωνου διδυμοισι παισι Ληδας, vel Συν βαθυζωνοιο διδυμοις παισι Ληδας: Sic vel Dactylus eſt pro Trochæo, vel Anapæſtus pro Spondeo, & pedes Trochaici licite diſcrepant: Vide & judica: Aldina certe pro διδυμοις habet διδυμοισι. 75. Ει δ' αριστευει μεν ὑδωρ, κτεανων Δε χρυσος αιδοιεστατον· Νυν &c.] Manifeſto hic victoriam Olympicam aquæ & auri præſtantiam vincere declarat, ut longe pluris facienda ſit ea, quam vel aqua vel aurum: Et hoc confirmat ſuſpicionem

nem meam Ode prima: Non philoſophatur ibi Poëta, ut male putant Interpretes, ſed cum vulgo loquitur, & de aqua & auro dicit, quod dicebant paſſim omnes in vita communi, habita ratione uſus fructuſque: Apage, apage igitur iſtam aquæ præſtantiam ex intimis Philoſophiæ penetralibus petitam: De uſu aquæ cogitandum eſt ſolo, qui ſane optimus: Sic ſcimus, quid voluerit Pindarus, & ineptierunt ſtrenue, qui olim αεροβατουντες, εσθλα ea de cauſa mutarunt in αεθλα: Ego nunc de mea conjectura non dubito. Iſtud Colon, Δε χρυσος αιδοιεστατον, laborat miſere: Jonicum enim eſſe non poteſt, & pro Jonico Dijambum vel Epitritum tertium habet in principio: Mendum leve irrepſit, & legendum arbitror, Δε χρυσος αοιδεστατον: ab αιδοιος eſt αιδοιεστατον: ab αοιδος, αοιδεστατον: Utriuſque vocis eadem eſt indoles, & ut αιδοιος eſt *venerabilis*, ita αοιδος eſt *decantatus*: Quid cenſes? An dubitas de ſuſpicione mea?

ODE IV.

Col. 1. Ελατηρ ὑπερτατε βροντας] Epichoriambicum Dimetrum Hypercatalectum, quia Antiſpaſtus pro Syzygia Jambica præcedit: Metricus de Proſodiaco αναχλωμενῳ ineptit: Pæon tertius non poteſt per αναχλασιν fieri Jonicus, quia Choriambi prima longa eſſe debet ipſa. 2. Αχαμαντοποδος] Metricus, αναπαιστικον διμετρον ακαταληκτον: Imo μονομετρον:

Sciunt omnes: Esse etiam potest Antispasticum Dimetrum Brachycatalectum.

4. Υπο ποικιλοφορμιγγος αοιδας] Metrico Jonicum Trimetrum Brachycatalectum, prima longa resoluta: Non obloquor: Sed Anapæsticum Dimetrum Acatalectum etiam non displicet. 5. Ελισσομεναι] Pæon secundus est pro Jonico. 7. Ξεινων δ' ευ πρασσοντων, εσαναν] λογαοιδικον Metrico: Apud quem pro εξ αναπαιστυ και ιαμβυ legendum εξ αναπαιστων και ιαμβυ: Novum tamen, quod ante Jambum Spondei sint omnes: An forte Jambicum Dimetrum est ατακτον cum Spondeo in secundo loco? Ita Lyrici non semel: Recentiora, de quibus Metricus, non curo: Pro συμπυκτοι αναπαιστοι legendum etiam in Metricis συμπτυκτοι αναπαιστοι: Res est nota satis. 8. Αυτικ' αγγελιαν] Metricus, Φερεκρατειον, λειψυσης της τελευταιης συλλαβης, ηγουν εξ επιτριτων: Obscurius est illud εξ επιτριτων: Dicam verbo: Ita vocat, quæ tres pedes habent Disyllabos cum una syllaba: Ea enim, ut pes quartus, ad tres alios accedit, & sic επιτριλον efficit: Tale Φερεκρατειον, de quo sermo hic: In Epodo mox similiter habes τροχαϊκον επιτριτον: quod infra ad Od. 8. recurrit: Neque sic differunt επιτριτον & ἑφθημιμερες: Cur autem Magister Colon non simpliciter dixit Antispasticum Dimetrum Brachycatalectum? An bonus sibi sumsit intricatius illud, ut eruditior videretur? Corcula ista novi. 10. Αλλ'

ω Κρο-

ω Κρονϐ παι, ὁς Αιτναν εχεις] Metricus, επιωνικον τριμετρον βραχυκαταληκτον. επιωνικον — και παλιν ὑστερον ιαμϐον: Pro ὑστερῳ ιαμϐῳ ego malo Jonici dimidium: Poſtrema Coli eſt indifferens, ut ipſi pueri ſciunt: Sic Jonicum magis ſe exſerit. 11. Ιπον ηνεμοεσσαν εκατογ-] Metricus, τροχαϊκον διμετρον ακαταληκτον, διαλυθεντων των ποδων: Pes ſecundus eſt Dactylus, quartus Tribrachys: Colon etiam eſſe poteſt Antiſpaſticum Dimetrum Hypercatalectum, ſi Antiſpaſtum ſecundum facias quinqueſyllabum: Ιπον, *prelum:* Optime.

12. Τυφωνος] De prima producta male dubitat Schmidius: Tyrones ſciunt. 14. Δεκευ χαριτων εκα-] Jonicum Dimetrum Catalecticum, vel Jambicum potius Dimetrum Brachycatalectum: Ald. & Palat. C. Δεξαι pro Δεκευ: Nec Jonicus in Jonico cedit Pæoni, nec Jambo Spondeus in Jambico. 19. Οχεων] οχεων vel κωμος, vel Φαος: Præpoſitio male ſubauditur. 25. Χαιροντα τε ξειναις πανδοκοις] Vitium apertum: Scribe Χαιροντα τε ξειναις πανδοκοις: Sic Epionicum Epionicum eſt, & gemello ſuo reſpondet: In eo παι ante vocalem corripitur. 31. Α περ Κλυμενοιο παιδα] Metricus, Ιωνικον διμετρον ακαταληκτον. κειμενης εμπροσθεν συλλαϐης, μεμιγμενον τοις τροχαιοις: Illud κειμενης εμπροσθεν συλλαϐης vento ſervit, & aliunde irrepſit. 33. Ελυσεν εξ ατιμιας] Metricus, ιαμϐικον διμετρον καταληκτικον: Scribe ιαμϐικον διμετρον ακαταληκτον: ατι eſt Jambus.

bus. 34. Χαλκοισι δ' εν εντεσι νικων] Metricus, προσοδιακον, απο τροχαϊκυ αναλυομενυ διμετρον ὑπερκαταληκτον: Dele illud απο τροχαϊκυ αναλυομενυ: quod ad ſequens Colon pertinet: προσοδιακον διμετρον ὑπερκαταληκτον bonum eſt & perſpicuum: Editio Brubacch. ad marginem περιοδικον pro προσοδιακον: quod pravum eſt, ſi ſcribas, ut nunc ſcribitur: Dicam verbo: Aldus pro Χαλκοισι habet Χαλκεοισι: Eo recepto, Colon poteſt eſſe Periodicum Dimetrum Hypercatalectum: Χαλκεοισι eſt Ditrochæus, δ' εν εντεσι νικων Syzygia Jambica επτασημος cum ſyllaba: Inde Periodicum illud. 35. Δρομον, εειπεν Υψιπυλεια] Metricus, διμετρον ὑπερκαταληκτον επι χοριαμβῳ, απο τροχαιου αναλυομενου: Scribe απο τροχαιου αναλυομενου, ut præcedit ad Colon præcedens loco alieno: Colon eſt Epichoriambicum propter Syzygiam Trochaicam reſolutam: Δρομον εειπεν: Ita Metricus: Poteſt etiam eſſe Trochaicum Dimetrum Acatalectum.
37. Ουτος εγω' ταχυτατι] Metricus, δακτυλικον διμετρον καταληκτικον: Imo τριμετρον: Ita corrige. 38. Χειρες δε και ητορ ισον] Aſynartetum ex Monometro Jambico & Monometro Trochaico: Nam prima in ισον hic longa eſt: Metricus, περιοδικον· οἱον ιαμβος διπλους, και εξ αρχης, και εκ τελους αρχομενος: *Jambus appareat* διπλους, *ſive a principio, ſive a fine numeres:* Hoc pertinet ad ſyllabarum τυπον, qui revera talis: --υ--υ-υ: Magiſtri eſt acu-

acumen, & nihil aliud: Sic tamen conſtat eum pro Χειρες legiſſe Χεγες: Alias enim ιαμβον διπλουν ſtricte ita & diſtincte non commemoraſſet. Ουτος εγω· ταχυτατι &c. *Ille ego: vidiſti pedum agilitatem: æque agiles mihi & manus, & cor:* ut pedibus vici, ita & manibus & corde vincere queam: & curſu vincere & pugna ſtataria poſſim: Nam & manus mihi ſunt agiles, & animus mihi eſt promptus: Nihil ſignatius: Interpretes non intellexerunt: ισον ταχυτατι ſe refert ad pedum agilitatem, cujus ſpecimen hic ediderat Erginus. 39. Φυονται δε και νεοις] Metricus, περιοδικον τροχαϊκον, απο ιαμβου, καταληκτικον: Nihil ineptius: Talia Periodica non dantur: Colon eſt Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum. 41. Θαμα, και παρα τον ἁλικιας] Pæonicum Trimetrum Brachycatalectum: Metricus, τροχαϊκον επιτριτον. τω πρωτω ποδος αναλυομενω, ετι δε και τω δευτερω: quod verum eſſe non poteſt, niſi in Libris ſuis invenerit, Θαμα, παρα τε τον ἁλικιας: Nam ſic θαμα πα, & ρα τε τον, Trochæi ſunt reſoluti: In copulis iſtis erratum & variatum millies.

ODE V.

Col. 1. Υψηλαν αρεταν, και] Dactylicum Trimetrum, aut Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum: Apud Metricum ſcribendum, δακτυλικον τριμετρον ακαταληκτον, ει σπονδειον &c, pro

pro τριμετρον καταληκτικον. 2. Στεφανων αωτον γλυκυν] Antiſpaſticum Dimetrum Acatalectum cum Syzygia Jambica ἑπτασημῳ: Inepte Metricus Jonicum vocat: Nam Pæones tertii ita non junguntur cum Jonicis. Per αωτον γλυκυν male Interpretes antiqui & novi ὑμνον intelligunt: Errorem ſimilem correximus Od. 2: αρεταν ὑψηλαν αωτον, στεφανων αωτον, eſt αρετας ὑψηλοτατας, στεφανους αγλαους; & ad ipſum αρεταν, ad ipſum στεφανων ſe refert το αωτον: Iſta acciperet Camarina animo hilari; eaque mox vocat δωρα ακαμαντοποδος απηνας και Ψαυμιδος: Nam per appoſitionem dicuntur illa. 3. Των Ουλυμπια] Antiſpaſticum Dochmaicum: Aldus, Των Ολυμπια: Eo pertinet Metrici Ithyphallicum, qui nimis calide Colon hoc dimenſus eſt, neglectis Antitheticis: Ita erratum etiam alibi, & mox in hac ipſa Oda. 6. Ακαμαντοποδος τ' απηνας δεκευ] Antiſpaſticum Trimetrum Catalecticum cum Syzygia Jambica in medio: Metricus, αναπαιστικον. συγκειται δε, εκ δυο αναπαιστων και βακχειου. ὁπερ περιεχει τα αναπαιστικα ὡς καταλλεις: Quæ plane ineptа ſunt: Nam απηνας, βακχειος, non poteſt eſſe καταλλεις, ubi ſequitur δεκευ: Hoc ipſi pueri vident: An forte in Libro ſuo repperit homo, Ακαμαντοποδος τε δεκευ απηνας, & ad iſtam lectionem notavit, συγκειται δε εκ τριων αναπαιστων και βακχειου· ὁπερ &c? Sic bonum eſt, quod dicit, ſed abludunt Antithetica, & ad iſtam

istam normam redigi non possunt: Quare sic iterum Magister errasset hic, ut in Notula præcedenti eum errasse vidimus. 9. Καμαρινα, λαοτροφον] Aldus & Palat. C. Καμαριναν λαοτροφον: Inde Metrici προσοδιακον εκ του απ' ελασσονος και χοριαμβου, erroris notati exemplum certum: Cola enim Antithetica una cum hoc, scripto Καμαρινα, Antispastica sunt Dimetra Acatalecta cum Syzygia Jambica ἑπτασημῳ, & Prosodiaca esse non possunt. 10. Βωμους ἐξ διδυ-] Dactylicum Dimetrum Acatalectum aut Antispasticum Dochmaicum. 13 Υπο βουθυσιαις, αεθλων τε πεμ-] Antispasticum Trimetrum Catalecticum, ut sextum: Metricus, ὁμοιον τῳ ἑκτῳ· αναπαιστικον: Ex eo apparet, hominem ibi non legisse aliter, sed ineptiisse revera turpiter. 15. Ιπποις, ἡμιονοις τε, μοναμπυκι-] Metricus, διμοιρον επους: Partes duæ Heroici: quatuor nempe Dactyli vel Spondei: Bonus Schmidius id non intellexit: Vide quid comminiscatur. 17. Αβρον νικησας ανεθηκε, και] Simile 15, & διμοιρον etiam επους: Pro νικησας malim iterum νικησαις. 18. Ον πατερ' Ακρων' εκαρυξε, και] Recte Metricus, εγκωμιολογικον. παρα τας τελευταιας συλλαβας. το γας πληρες &c, si scribas, ut ipse scripsit, εγκωμιολογικον παρα την τελευταιαν συλλαβην: Syllaba una deest in fine. 29. Κολλα τε σταδιων θαλαμων &c.] Recte de lignis advectis intelligunt per fluvium, ex quibus thalami con-

conſtruebantur: ὑψιγυιον ἁλσος θαλαμων Pindaricum eſt ex aſſe, ut & κολλᾳ. 34.
Αει δ' αμφ' αρεταισι πονος δαπα-] Legendum Αιει ob Metrum: Et ita Ed. Rom. & aliæ quædam: δε, quod hic habemus, pendet a μεν V. 24: αειδει μεν, αιει δε αμφι &c: Verbo moneo, ut nexum melius perſpicias. Επωδος κωλων ιθ.] Ineptiunt, qui hæc pro επῳδῳ habent: Nam nunquam επῳδος ſimilis fuit Strophæ & Antiſtrophæ; & eo ipſo, quod aliquid dicatur επῳδικον, Metrorum diverſitas inducitur certa: Vide Hephæſtionem pag. 68. Enchiridii: Quin & longe alia indoles επῳδων, quam στροφων & αντιστροφων: Nam cum στροφαι & αντιστροφαι cantarentur a ſeſe vertentibus vel ad dextram vel ad ſiniſtram, επῳδοι contra cantabantur a ſtantibus: Res eſt nota, & ad iſtud diſcrimen accommodata haud dubie ipſa ratio Metrica. Quare vel in tres Strophas æquales cum Metrico diſtinguenda eſt Oda, vel cum Editione Aldina in Strophas, Antiſtrophas & Epodos hoc modo,

Στροφη.

Υψηλαν αρεταν, και
Στεφανων αωτον γλυκυν,
Των Ουλυμπια,
Ωκεανου θυγατερ,
Καρδια γελανει,
Αχαμαντοποδος τ' απηνας δεκευ,
Ψαυμιδος τε δωρα.

Αντι-

Αντιστροφη.

Ος ταν σαν πολιν αυξων,
Καμαρινα, λαοτροφον,
Βωμυς ἐξ διδυ-
μους εγεραρεν, ἑορ-
ταις θεων, μεγισταις
Υπο βουθυσιαις, αεθλων τε πεμ-
πταμεροις ἀμιλλαις.

Επωδος.

Ιπποις, ἡμιονοις τε, μοναμπυκι-
ᾳ τε. τιν δε κυδος
Αβρον νικησας ανεθηκε, και
Ον πατερ' Αιγων' εκαρυξε, και
Ταν νεοικον ἑδραν.

Στροφη.

Ικων δ' Οινομαου και
Πελοπος παρ' ευρατων
Σταθμων, ω πολι-
αοχε Παλλας, αει-
δει μεν αλσος ἀγνον
Το τεον, ποταμον τε Ωανον, εγ-
χωριαν τε λιμναν,

Αντιστροφη.

Και σεμνυς οχετυς, Ιπ-
παρις οἱσιν αρδει στρατον,
Κολλᾳ τε σταδι-
ων θαλαμων ταχεως
Υψιγυιον αλσος,
Απ' αμαχανιας αγων ες φαος

Τονδε δαμον αστων.

Επωδος.

Αιει δ' αμφ' αρεταισι πονος δαπα-
να τε μαρναται, προς
Εργον κινδυνῳ κεκαλυμμενον·
Ευ δε εχοντες, σοφοι και πολι-
ταις εδοξαν εμμεν.

Στροφη.

Σωτηρ ὑψινεφες Ζευ,
Κρονιον τε ναιων λοφον,
Τιμων τ' Αλφεον
Ευρυ ῥεοντα, Ιδαι-
ον τε σεμνον αντρον,
Ικετας σεθεν ερχομαι, Λυδιοις
Απυων εν αυλοις,

Αντιστροφη.

Αιτησων πολιν ευα-
νοριαισι τανδε κλυταις
Δαιδαλλειν· σε τ' Ο-
λυμπιονικε, Ποσει-
δανιοισιν ἱπποις
Επιτερπομενον, φερειν γηρας ευ-
θυμον, ες τελευταν,

Επωδος.

Υιων, Ψαυμι, παρισταμενων. Υγι-
εντα δ' ει τις ολβον
Αρδει, εξαρκεων κτεατεσσι, και
Ευλογιαν προστιθεις, μη ματευ-
ση Θεως γενεσθαι.

Schmi-

Schmidius, qui Editione Aldina uſus fuit, ea de re nihil, forte propter paucula leviter ibi turbata: Tu vide & judica. Illud addam: Sunt, qui hanc Odam propter abſentiam Epodi, & iſta Scholiaſtæ ſtatim in principio, αὐτη ἡ ᾠδη, εν μεν τοις εδαφιοις ουκ ην εν δε τοις Διδυμε ὑπομνημασιν, ελεγετο Πινδαρου, ex Pindaricarum numero expungunt: Et hi non minus graviter errant, quam qui ex Stropha faciunt Epodum: Oda enim tota quanta eſt, Pindarum ciet, & ſi alia ulla, ejus majeſtate & ingenio digniſſima eſt: Quid autem Scholiaſtæ εν τοις εδαφιοις? An quod Schmidius credidit, ita vocat *originalia*? Haud puto: Nam ubi εδαφιοις eo ſignificatu? Hercule, vox adjective ne reperitur quidem Græce; & nimium tribueretur ineptientibus, ſi concederemus *Libros originales* ignoraſſe Odam: Dicam uno verbo: Locus eſt corruptus, & ſcribendum abſque dubio, αὐτη ἡ ᾠδη, εν μεν τοις ελαχιστοις ουκ ην, εν δε &c: Pauciſſimi erant Libri, a quibus hæc Oda exulabat, & Didymus in ſuis Hypomnematibus eam adſcribebat Pindaro: Hoc bonum & perſpicuum: Δ & Λ millies commutantur: Inde error proclivis. 42. Ευρυ ρεοντα, Ιδαι-] An prima in Ιδαιον hic corripitur? Vix puto, & ſcribo, Ευρυ ρεοντ', Ιδαι-: Spondeus pro Dactylo: quod Naſutulis diſplicuit: Et ita Aldina. 53. Υγι- εντα δ' ει τις αλ- βον Αρδει] Novum eſt illud αρδει de eo, qui

felicitatem & divitias poſſidet: *rigat, humectat:* Sed εξαρκεων κτεατεσσι arctius cum eo jungendum: Felicitatem rigat lætioremque efficit, qui ſorte ſua eſt contentus, eo ipſo, quod ſic ſorte ſua contentus ſit: Quare egregie ſane adjunctum illud vim verbi exprimere poteſt: Ut & alterum ſequens και ευλογιαν προστιθεις: Id enim ολβον etiam αξδει: Gnomica in his Pindari ſunt multa & egregia.

ODE. VI.

Col. 1. Χρυσεας] Metricus, χρυσεας, αμφιμακρος, η αναπαιστος: id eſt, vel Amphimacer eſt, vel Anapæſtus: quem haud dubie ſumſit hic in Jambico: Ita Grammatici aliquando: Et prima in χρυσεος etiam alibi in his corripitur. 2. προθυρῳ θαλαμω Κιονας, ὡς ὁτε θαητον &c.] Abruptus & confragoſus eſt locus: quem ego ita ſcribendum arbitror,

Χρυσεας ὑποστασαντες ευ-
τειχει προθυρῳ θαλαμου
Κιονας, ὡς ὁτε θαητον μεγαρον,
Παξομεν· αρχομενους τ' εργου προσωπον
Χρη θεμεν τηλαυγες.

Ως, ὁτε θαητον εστι μεγαρον, χρυσεας ὑποστασαντες ευτειχει προθυρῳ θαλαμου κιονας παξομεν· αρχομενους τε εργου προσωπον χρη θεμεν τηλαυγες: τε poſt αρχομενους eſt pro και: *ita etiam:* μεγαρον, ædes: θαλαμος, pars ædium interior & honoratior: Sic omnia ſunt planiſſima: αρχο-

μενους

μενους bonum, nec pravum αρχομενου: Sume quod lubet: Posterius paulo secretius, & sic magis fere Pindaricum. 7. Βωμῳ τε μαντειῳ] Alii Βωμω τε μαντειω: quod non deterius Dorice. 8. συνοικιστηρ] Hoc propter majores dicitur Agesiæ: Illi συνοικιστηρες Syracusarum, non Agesias: Interpretes non distinguunt hic inter συνοικειν & συνοικιζειν, συνοικετης & συνοικιστης: Periti sciunt, & error est satis putidus. 10. Κεινος ανηρ, επικυρσας αφθονων] Metricus, εγκωμιολογικον, λειπουσης της εσχατης: Malo Prosodiacum Trimetrum Catalecticum: Id receptum magis & notum: επικυρσαις etiam mavult Metrum. 15. Ουτε παρ' ανδρασιν, ουτ' εν ναυσι κοιλαις] Audacior oppositio & apta minus. 23. Επια δ' επειτα πυραν νεκρων τελε-] Prosodiacum, ut Strophæ decimum: Pro τελεσθεντων sine dubio legendum est τελεσθεισων, ad πυραν, nec Atticismum illum ego agnosco. 28. Μανθιν τ' αγαθον] Metricus, Ιωνικον μονομετρον, ὑπερκαταληκτον· η αναπαιστικον διμετρον η μονομετρον. ὡς θελεις γαρ τους αναπαιστους λαμβανεις: Etiam κατα μονοποδιαν Anapæstos numeravit bonus.

31. Νυν παρσι Συρακοσιῳ] Durissimum est παρστι pro παρεστι, & quod ego probabo, cum aliud simile mihi allatum fuerit ex loco syncero & indubitato: Multa Nasutuli in his ob Metrum, quod non satis intelligentes, cutabant quovis modo: indeque credo, παρστι hoc: Dicam, quod suspicor: Legendum

 forte,

forte, Ανδρι κωμου δεσποτᾳ Νυν παρ τι Συρακοσιῳ: παρ pro παρα & παρεστι: τι pro κατα τι: quod temperat prudenter, ne in laudando Poëta videatur nimius, ante μεγαν ορκον, & illud de ſe dictum, Ου φιλονεικος εων, Ουτ' ων δυσεριs τις αγαν: Comparo, & modeſte comparo, cum quoquam rixari nolens: Hoc ſane opportunum & planum: Unus ex Antiquis Interpretibus, εις δε το μαντις, και πολεμιστης απο κοινου το αγαθος. ὁπερ εξεστιν ειπειν και τῳ Αγησιᾳ τῳ δεσποτῃ του ὑμνου. τι δε αυτῳ παρεστιν, ὁ και τῳ Αμφιαραῳ· και μαντις και ανδρειος τα εν μαχαις: Qui non aliter legiſſe videtur: Attende modo: Sic ipſa ſuſpicio mea fuit in Libris antiquioribus, quos boni illi Critici non viderunt. Aiterum addam: In Editione Aldina eſt, το και Ανδρι κωμου δεσποτᾳ Παρεστι Συρακουσιῳ: Et hoc bonum quoque: Nam Pæon ſecundus eſt pro Jonico, & αντιθεσιν non vitiat: Hoc certum, ſed ignotum Suaviculis, qui ſyllabas ponderant ſolas: Vide igitur & elige: Νυν non requiritur, & rectius fere abeſt, quam adeſt: Συρακουσιῳ abſque dubio inimicum eſt Metro, & mutandum in Συρακοσιῳ. 35. Τουτο γε οἱ σαφεως μαρτυρη-] Metrico προσοδιακον: Sed Proſodiaca ita non cuduntur cum Jambo: An Pyrrichius eſt, dimidium Jonici a minore? Haud puto: Nam Jonici ſeſe excipere non ſolent: & ſic alternatio eſt nulla. Quare credo, Colon eſſe Aſynartetum ex Dactylico Di-

Dimetro & Jambico Monometro. 37. Ω Φιντις] *O Phintis:* Sic recte Interpres: Et mihi nomen proprium videtur: De Etymo videndum: Apud Heſychium eſt, Φινηται, συντιθη: Si φινω ſit συντιθημι, Φιντις aurigæ nomen eſt aptum: Quin & nomen proprium ſimul & appellativum eſſe poteſt: Φιω, φινω: φιω, Φιμος, δεσμος, χημος, επιστομιον; φιμοω, δεσμευω, εμφραττω, αγχω, επιστομιζω: φινω, Φινευς, nomen proprium celebre, Φιντις: Hæc non abhorrent a vero: ω φιλτατε non video, quam Emphaſin hic habeat. 47. σαμερον γ' ελθειν] γ' male a Libris quibuſdam abeſt: Sic enim corruit Verſus. 52. Κυριῳ δ' εν μηνι] Κυριῳ longe melius, præſertim hic, quam Καιριῳ: Oculati vident. 54. πορσαινειν δομεν] *dare ut curaret:* Interpretes male: πορσαινειν eſt curare, curam gerere. 55. Βρεφος γ', ὁς ανδρων] Et hic γ' Jambicum ſuſtentat. 62. Χολον ου Φατον ο. ξειᾳ μελετᾳ] χολον οξειᾳ μελετᾳ pro χολον συν οξειᾳ μελετᾳ: & iram & curam utramque acrem: Notiſſima eſt Ellipſis: Aldus οξειᾳ μελετᾳ jungit cum ωχετ' ιων μαντευσομενος: Non male etiam. 65. Ταυτας περ' ατλατου παθας] Non placet περ' pro περι: Scribo περι ατλατυ, ut Tribrachys ſit pro Jambo: Ineptuli, qui Metrum non intelligebant, mutarunt. 73. Ηλθε δ' ὑπο σπλαγχνων ὑπ' ω- δινος τ' εραται] ὑπο σπλαγχνων male vertitur *ex viſceribus:* Nam ita non loquuntur Græci: Aut

ὑπο σπλαγχνων accipiendum, ut ſequens ὑπ' ωδινος, quatenus venter & viſcera operam quoque præſtant in partu; aut ſcribendum απο σπλαγχνων ὑπ' ωδινος ερατας: Sic *ex viſceribus* aptum eſt: Pro Ηλθε δ' legendum haud dubie Ηλθεν δ': Alias Jambicum non poteſt eſſe Jambicum. Schmidium non moror.

78. αμεμφει Ιῳ μελισσαν] Locutio audacior & Pindarica: αμεμφει ιῳ μελισσαν eſt veneno, ſed quod comparari poterat cum melle, neque eo erat deterius in nutriendo: Ut το αμεμφες & bonitatem iſtius veneni deſignaret Pindarus, adjecit μελισσαν, quod pro Epitheto eſt ipſoque μελισσωδει: tali veneno inculpato, quod pro melle erat & eſſe poterat: Sic αμεμφει ιῳ μελισσαν Emphaſin ſuam habet & indolem refert Auctoris: Interpretes ridicule ipſum mel intelligunt: Nam cui bono & uſui igitur dracones? Nonne ſic ipſæ apes fuiſſent pro nutriculis adhibitæ? Ambages vides ineptas: Attende autem ad δαιμονων βουλαισιν: Inde enim ιος ille αμεμφης μελισσαν. 91. ιων ξανθαισι και παμπορφυροις Ακτισι βεβρεγμενος ἄβρον Σωμα] An ακτισι βεβρεγμενος eſt vel eſſe poteſt apta locutio? Non video: ακτινες enim non humectant, ſed ſiccant, ſed illuſtrant, ſi earum indolem ſpectemus: Sciunt omnes, & ubi animum advertunt, dubitabunt mecum, an Pindarus ſcripſerit, quod hic ſcripſiſſe creditur: Legendum ſuſpicor, ιων ξανθαισι και παμπορφυροις

Ακραισι

Ακραισι βεβρεγμενος ἀβρον Σωμα: *violarum flavis & purpureis ſummitatibus humectatus tenerum corpus:* ακραι ιων ſunt violæ, ipſi violarum flores: illi enim violarum ſunt *ſumma:* In quibus repoſitus erat puer, ne durum ſolum corpori noceret, & ut mollis maneret violarum mollitie cutis tenella: βεβρεγμενος ſic delicatiſſimum ſane: Humor violarum humectans cutem incumbentem, & durum & ſiccum ab ejus teneritudine arcebat: Nihil ſignatius, aut exquiſitius: Ut ιων ακραισι emendamus hic, ακρ' επ' ανθη καβαινων eſt apud Hephæſtionem in Lyrici fragmento pag. 44. Vide ibi. 106. μεταλλα- σεν τε μιν] Hoc inepte dicitur poſt αντεφθεγξατο αρτιεπης πατρια οσσα, & recte exponi non poteſt: Apparet ex Interpretum commentis, quæ omnia ejuſdem ſunt pretii: Non dubito, quin locus leviter ſit corruptus, & ſcribendum opinor plane, Αν- τεφθεγξατο δ' αρτιεπης Πατρια οσσα, μετα πλα- σεν τε μιν· Ογσο &c: μετα μιν πλασεν, *ad eum acceſſit:* πλαω, πλαζω: Sic nihil appoſitum magis, inprimis ubi φαμας οπισθεν ſequitur: Vocem quæ ad te acceſſit, ſequere: Vident, qui oculis uti poſſunt. 110. αλιβατον] Scribe ἀλιβατον, & ab ἁλιος, non αλιτειν deriva: Id enim requirit Metrum. 111. θησαυρον διδυμον Μαντοσυνας] De πυρομαντια & ενθουσιασμῳ recte explicant. 112. τοκα μεν φωναν ακουειν Ψευδεων αγνωστον] Repete ex ſequenti-

bus απο κοινυ, κελευσεν: τοκα μεν κελευσεν ακουειν φωναν ψευδεων αγνωστον· ευτ' αν δε — βωμω, τοτ' αυ κελευσε χρηστηριον θεσθαι. Nunc vocem Apollinis audiret, eique ut fallere neſciæ crederet: dein vero agonibus ab Hercule inſtitutis, oraculi ſedem ſibi conderet, & vaticinandi arte conceſſa uteretur: Non ſtatim conſulentibus reſponderet, ſed id faceret poſt agones ab Hercule inſtitutos: Sententia verborum eſt apertiſſima: Et tamen ſunt cum inter antiquos, tum inter novos Interpretes, qui hæc referunt ad θησαυρον διδυμον μαντοσυνας, ac ſi τοκα & τοτε exponerent θησαυρον illum διδυμον: Quo nihil hercule ineptius. 116. Πατρος θ' εορταν τε κτισιη πλειοδομβροτον] Duplex copula peccat: Scribe Πατρος θ' εοξταν γε κτισιη, vel Πατρος γ' εορταν τε κτισιη. 118. τοτ' αυ] Hoc cum præcedenti τοκα μεν cohæret, ut dixi: Ineptiſſime autem ibi τοκα Dorice, hic τοτε ſcribitur communiter: Talia in his ſexcenta; & ſuo ore ne partem quidem dimidiam loquitur Pindarus calculo meo. 120. Εξ οὐ πολυκλειτον καθ' Ελ- λανας γενος Ιαμιδαν Ολβος ἀμ' ἑσπετο] Ineptit Scholiaſtes antiquus, qui ἑσπετο cum caſu quarto conſtructum putat: Linguæ enim indoles certiſſima obſtat: Sic ſcribendum fuiſſet Εξ οὐ πολυκλειτῳ καθ' Ελ- λανας γενει Ιαμιδαν Ολβος ἀμ' ἑσπετο: neque id recuſaſſet Metrum, ſed auribus fuiſſet forte minus acceptum: Et tamen Græculum

culum ita errantem ſequuntur hodie Editores: Indignor ſane, præſertim ubi diſtinguere licet ſtatim perbene, Ἐξ οὐ πολυκλειτον καθ' Ελ- λανας γενος Ιαμιδαν. Ὀλβος ἀμ' ἑσπετο· τιμωντες δ' αρετας &c, & ipſa illa diſtinctio etiam habetur in Palat. C. & Edit. Roman. Nihil ridiculum magis: Prima in Ιαμιδαν, quæ hic producitur, ſupra V. 74. in Ιαμος corripitur. 126. οις ποτε πρωτον περι δωδεκατον Δρομον γ' ελαυνοντεσσιν αιδοια &c.] Longe ſignatius Aldus πρωτοις pro πρωτον: οις πρωτοις ελαυνοντεσσι περι δωδεκατον δρομον: Vident omnes: πρωτον ambiguum: πρωτοις victorem deſignat aperte: Ne dubites igitur.
132. λιταις θυσιαις] λιταις haud dubie eſt a λιτος, & λιταις θυσιαις ευσεβεως jungendum arcte: In eo ſcilicet vera pietas, nec ſacrificia ſumtuoſa amant Dii, ſed ſincera: Sic Colo Proſodiaco bene eſt, quod concidit, ſi λιταις a λιτη pro λιταιευτικαις ſumas: Ejus enim prima corripitur. 140. Δοξαν εχω τιν' επι Γλωσσᾳ ακοναις λιγυρας, Α μ' εθελοντα προσελκει Καλλιφοοισι πνοαις] Ita omnes Libri: Sed quid eſt ακοναις λιγυρας, ſi rite expendas? Dicam uno verbo: Interpretes non expediunt, quanquam verboſi: Ego vix dubito, quin ipſe Pindarus ſcripſerit, Δοξαν εχω τιν' επι Γλωσσᾳ ακοας λιγυρας, Α μ' &c: ακοας, *famæ*: δοξαν ακοας λιγυρας: Sic & λιγυρας, & προσελκει καλλιροοισι πνοαις, aliaque concinunt, & de ipſa fama dicuntur egregie: Eruditi

Eruditi probabunt; alios non curo.
151. Γναναι τ' επειτ'] Scribe Γναναι δ' επειτ': Hoc enim opponitur præcedenti πρωτον μεν, ut συνεχεια docet. 159. Φοινικοπεζαν Αμφιτρυωνιαδαν Δαματρα] An Φοινικοπεζα, quia a quærendo filiam lassa, pedes habebat eo colore? Sciunt omnes ex vita communi, nec displicet: Pedes rubros vel rubicundos certe inter præstantes non referam, atque difficilis adeo sum in Epitheto ita accipiendo, ut ab Interpretibus accipitur: Matrem & filiam hic habemus, & de raptu haud dubie cogitandum. Observa autem φοινικοπεζαν αμφιτρυωνιαδαν Δαματρα ante λευκιππου τε θυγατρος εορταν propter rigorem Metri: Alias uno ductu scripsisset Vates, φοινικοπεζας αμφιτρυωνιαδαν Δαματρος λευκιππου τε θυγατρος εορταν: Talia notanda in transitu, ut ea, quæ Pindarus scripsit volens, distinguamus ab illis, quæ nolens scripsit & coactus. 166. Αγησια δεξαιτο κωμον] κωμον, pompam, ubi in Siciliam redux, victor intrabit urbem: De hymno perperam cogitant Interpretes: Αγησια κωμον, ipsum Αγησιαν κωμαζοντα: Sic recte sequitur, Οικοθεν αι-καδ' απο Στυμφαλιων Τειχεων ποτινισσομενον, &c: Res est perspicua. 179. σαλακατοιο ποσις Αμφιτρι-] Monometrum Jambicum hic constat ex duobus Jambis; in oppositis ex Spondeo & Jambo: quæ sibi non adversa sunt, neque necesse ut ποσις γ' Αμφιτρι- scribas cum fulcro: Qui Colon pro Prosodia-

co

co habebant, id adhibere non poterant non, ut ruenti adeſſent. 180. ευτερπεις ανδος] Recte ευτερπεις: ευτρεπεις Metrum reſpuit.

ODE VII.

Col. 1. α- φνειας απο χειρος ἑλων] αφνειας απο χειρος dictum pro αφνειᾳ χειρι: *manu diviti*, *opulenta*: απο & *ab*, ut vulgo accipitur, non convenit, & Interpretes errant: ἑλων, *ſumens*, ut donet. 3. Αμπελω ενδον] Ita editum hic ex uno Libr. Bodlej. Alii omnes, tam MSS. quam Impreſſi, Ενδον αμπελω ordine inverſo: qui non mutandus: Ditrochæus enim rectiſſime in Verſu Trochaico opponitur Epitrito ſecundo, & de pedibus ισοδυναμοις hic cogitandum: Bonus Schmidius, ut Spondeum haberet, ε ante λ producebat: Quo nihil ineptius & a Proſodia alienius. 5. Νεανιᾳ γαμβρῳ] Ita Schmidius contra omnium Librorum auctoritatem, qui conſtanter Νεανιᾳ γαμβρῳ exhibent: Rectiſſime: Nam in Jambico Jambus perbene opponitur Spondeo, neque alter alteri obeſt: Error eſt ſimilis præcedenti: Ubi autem νει pro νε in iſta voce? Dubito, an ullibi, & duriſſima eſt Epentheſis.
6. Οικοθεν οικαδε] Cohæret cum δωρησεται, non cum προπινων, a quo Commate diſtinguendum eſt. 15. ἱλασκομαι] παθητικως accipiendum: *propitius ſum*, *faveo*, *amicum me præbeo*: Sic νικωντεσσιν peraccommodum

modum eſt, & comparatio conſtat.

16. Ουλυμπια Πυθοι τε] Plerique Libri Ολυμπια: Perbene ad Νεανια in Colo oppoſito.

19. χαρις ζω- θαλμιος] Eodem pertinet, quo φαμαι αγαθαι: Benedictus perperam ad Muſam Pindaricam refert: Dicam ſemel: Ineptiſſimus ſui laudator fuiſſet Pindarus, ſi Benedictum & alios ei ſimiles ſequamur Interpretes: Ab illorum enarratiunculis cavendum tibi, Lector: Non male de Poëſi ſua ſenſit Vates, ſed laudes ei non tribuit adeo inſanas: Cum temperamento igitur ubique accipiendum, quod eo ſpectat, & ipſa Poëſis intelligenda præcipue γενικως.

21. Θ' ἁμα μεν φορμιγγι, παμφω-] Metricus, Ιωνικον διμετρον ακαταληκτον: Recte: καταληκτικον ad marg. Ed. Brub. ineptit.

22. εν εντεσιν αυλων] εντος, inſtrumentum: Inde εντυω, εντυνω, εντευω: Inepte Scholiaſtes Antiquus, εντεα ειπε, παρα το εντος εχειν την φωνην: Noto in tranſitu ut rideas. 24. Διαγοραˊ] Prima in Διαγοραˊ hic producitur, a Διος, *Dialis:* Dialia & divina loquens: In nomine impii Diagoræ corripitur apud Comicum. 26. Αελιοιο τε νυμφαν] Metrico δακτυλικον τριμετρον ακαταληκτον, vel ut eſt ad marg. Edit. Brub. καταληκτικον: utrumque enim bonum: Addit η προσοδιακον διμετρον ακαταληκτον: quod ad Colon Strophæ poſtremum etiam notare debuiſſet. 27. Ροδον ευθυμαχαν, Οφρα &c.] Rectius ευθυμαχαν ad

πελωριον

πελωριον ανδρα refertur: ad ευθυ & vocis indolem modo attende. 28. Οφρα πελωριον ανδρα παξ' Αλ-] Metricus, περιοδικον. διπλυς τροχαιος: Periodicum Dimetrum Acatalectum ex Monometro Trochaico & Monometro Jambico: Trochæus primus eſt reſolutus, & reſolutus etiam eſt Jambus poſtremus: τροχαιος διπλυς dicitur, quia Trochæi duo ſtant in principio. 30. πυγμας αποινα] Hoc arcte copulandum cum στεφανωσαμενον: Similiter apud Comicum eſt in Equit. εστεφανυν μ' ευαγγελια: Illud πυγμης etiam ευθυμαχαν vindicat Diagoræ. 33. Ασιας ευρυχορυ] Metricus, Ιωνικον απ' ελασσονος διμετρον ακαταληκτον: imo καταληκτικον, & ita ſcribendum. 34. Τριπολιν νασον πελας] Metricus, προσοδιακον διμετρον καταληκτικον: Non probo: Nam dimenſio eſt ambigua, ut quiſque videt: Colon eſt Jonicum Dimetrum Catalecticum cum Ditrochæo acciſo. 35. Εμβολῳ] Recte Aldina & Rom. editio εμβολω: Ασιας ευρυχορυ νασον τριπολιν jungendum: & εμβολω, ut mihi videtur, ad ipſam Inſulam referendum, quæ continentem Aſiam verſus εμβολυ formam refert: Minus appoſitum, quod Alii de Lycia & Lyciæ loco ſcribunt, ſi verba ſpectes: Appoſitiſſimum vero illud, quod nos dicimus, ubi Jalyſus, quam tenuit Damagetus, ad εμβολον accedebat, & non longe a Lindo aberat, quæ in εμβολῳ erat ſita. Probabiliter Meurſius

in

in Rhod. Grammaticum, qui Odæ Epigraphen illustravit, scripsisse putat, Ταυτην την ῳδην, αναχεισθαι φησι Γοργων εν τῳ της Λινδιας Αθηνας ἱερῳ, χρυσοις γραμμασι, pro Σεληναιας & Ληναιας Αθηνας, quæ nunc in Libris nostris extant: Eum vide: Id etiam ad hujus loci sententiam pertinet. 39. σαι λογων, Ηρακλεος] Ita Schmidius reclamantibus omnibus Libris: qui constanter σαι λογον, Ηρακλεος: Rectissime, si sententiam & Syntaxin respicias: Nam ξυνον requirit λογον, eoque carere non potest volens: At versus alia est conditio, ejusque mensura λογον respuit: Trochaicus enim est Euripideus: Dicam verbo: quod ipsa vox præstare non potest, præstare debet fulcrum, legendumque ne Metrum labascat, σαι λογον γ', Ηρακλεος.

47. Ο, τι νυν και εν τελευ- τᾳ φερτατον ανδρι τυχειν] Rectius legeretur τυχει vel τυχῃ: τυχεω antiquum: *sit:* Aldina etiam, Οτι νυν εν και τελευ-: An ita ipse Poeta, ut certior esset pes Jonicus? 53. εκ θαλαμων Μιδειας] *Ex cubili Mideæ.* 57 ελθων] Non ita Dores, sed ενθων: Moneo in transitu, ut de Idiomate neglecto cogites. 59. ναων πλοον] Cohæret & Pindaricum est. 74. παισιν φιλοις] τοις Ηλιαδαις: V. Meursium in Rhodo. 83. Λαθας ατειμαρτα νεφος] Ita Schmidius: Libri omnes ante eum ατειμαρτον: Verissime, si Colon sit Prosodiacum: Sed & Anapæsticum esse potest: & sic ατειμαρτου

μαρτον non peccat, quia Anapæſti & Dactyli in Anapæſticis promiſcue adhibentur.

86 Καιτοι γαρ αιθουσας εχοντες] Malo και τοι γαρ αιθουσας: τοι, οὐτοι, ut notum: Id aptius & expreſſius. 87 Σπερμ' ανεβαν Φλογος ου] Nota ου ſic in fine Coli & Pericopes: Propter Metrum id factum. 88. Τευξαν δ' απυροις ἱεροις Αλσος εν ακροπολει] αλσος male explicant ναον: Nam ita voce non utuntur Græci: De loco igitur accipe arboribus conſito in arce, ubi ara Minervæ ab Heliadibus fuit extructa, quemque propter ipſas arbores αλσος vocabant, & pro luco Minervæ ſacro habebant: τευξαν recte dicitur de luco, ut de omnibus aliis, quæ hominum manibus & opera fiunt. 89. Κεινοισι μεν ξαν- θαν αγαγων νεφελαν, Πολυν ὑσε χρυσον] Subaudiendum eſt nomen Jovis: quod duriſſimum ſane, & vix tolerabile: An locus male habet, & ſcribendum, Ζαν οἱσι μεν ξαν- θαν αγαγων νεφελαν, Πολυν ὑσε χρυσον? Ζαν pro Ζευς Dores: *Jupiter quibus:* Non diſplicet profecto, & facilior eſt Criſis, quam multi putabunt: Pro κεινοισι olim Dorice ſcriptum fuit τηνοισι: τηνος, κεινος: Id proxime ad Ζην οἱσι accedit, & ipſum Ζην pro Ζαν probabiliter in Libris ab Idiomate degenerantibus: Ζαν, Ζην, οισι, τηνοισι, κεινοισι: Sentis jam? Imo de Idiomate cogitandum ſedulo, ubi lectio ſuſpecta occurrit; quia ſic mendi origo ſeſe aperire poteſt. Viſne aliud, quod mihi in-

dum hæc poſtrema ſcribo? Legere etiam potes, Κεινοισι μεν Ζαν Ανταγαγων vel Αντ' αγαγων νεφελαν, Πολυν ὑσε χρυσον: αντα, *palam:* Judica: Hoc paratius, ſed elegans minus & eruditum. 91. αυτα Δε σφισιν ωπασε τεχναν Πασαν, επιχθονιων, &c.] Ita επιχθονιων a κρατειν pendet: In aliis τεχναν πασαν επιχθονιων jungitur: Non male etiam: Nam κρατειν cum caſu quarto conſtruitur plus ſemel. 95. ζωοισιν ἑρπον- τέσσι Θ'] *viventibus & gradientibus:* Θ' non negligendum: Vivunt & gradiuntur quaſi eorum ſimulacra: ἑρπειν pro βαινειν Dores: ζωοισιν pro ζωσιν: Interpretes putide *animalibus reptilibuſque.* 98. Δαεντι δε και σοφια Μειζων αδολος τελεθει] δαεντι δε και σοφια μειζων τελεθει αδολος: σοφια μειζων hic dicitur γενικως, & ars eſt quævis præſtantior: De comparatione non cogitandum: Ea autem perito videtur carere dolo, & ipſa arte conſtare ſola abſque ullis præſtigiis: Eam pro arte, non pro præſtigiis habet peritus artifex: Reſpicit Auctor ad illud ipſum, quod de operibus Dædaleis mortalium ſimpliciſſimi crediderunt primo: Ea ſcilicet Magica eſſe, non naturalia, & ita non arte, ſed ſolis præſtigiarum fallaciis potuiſſe adornari: Vide Euripidem in Hecuba V. 836. & ibi Scholiaſtem: Locus eſt inſignis, & de quo alias diſtinctius: Nunc perſpicua plane eſt horum verborum ſententia. 110. αμπαλον] αναπαλον: Euſtathius hinc

hinc ad Iliad. A. 119. Θεων δ' ορκον μεγαν μη παρφαμεν] *Deorum vero jusjurandum magnum non præterdicere:* non contradicere jurijurando, ſeſe jurijurando non opponere: Sic commode ſequitur, Αλλα Κρονιδη συν παιδι νευσαι: Elegans & nativum eſt παρφαμεν eo ſenſu: Et inde lux iſtis Heſychii: Παρφασις, παραινεσις, συμβουλια, παρηγορια, η απατη. Et Παρφαμεν, παραβηναι ἁπαντα: præterloqui, aliter atque aliter loqui, verbis decipere, tranſgredi: Poſterius παραβηναι illuſtrat Scholiolon Cod. Palat. παραβηναι, cujus parentem παρβαμεν pro παρφαμεν legiſſe autumat Schmidius: nullo, ut nunc vides, jure: Alius Grammaticus in Lib. Barocc. παρφαμεν apte παραιπειν exponebat. 122. Φαενον ες] Nota Proceleuſmaticum pro Dactylo: De Synizeſi non cogito. 124. εσσεσθαι] Omnes Editi priores & Libri Mſſ. excepto uno Palatino, εσεσθαι: quod Schmidius mutavit, ignorans vim Aſynarteti, cujus poſtrema eſt indifferens: Ita errant, qui non Metra, ſed ſyllabas tenent. 133. επι προτερων Ανδρων] Languet prout vulgo exponitur: Credo επι hic idem eſſe, quod περι, *præ aliis tempore prioribus:* επι pro *ſupra* notum eſt: inde σημασια iſta.

135. ὡν εἰς μεν Καμειρον, Πρεσβυτατον τε Ιαλυσον ετεκεν &c] ita legendum abſque dubio: Inter Antiquos fuerunt ineptuli, qui πρεσβυτατος ſcribebant pro πρεσβυτατον, & απο ante ὡν ſubaudiebant; digni, qui ab omni-

bus exſibilentur: Ut nihil aliud dicam, ad τε modo attende poſt πρεσβυτατον: Emphaſis autem non inelegans in πρεσβυτατον cum Ιαλυσον junctο, quia Damagetus urbem cognominem tenebat, & ſic honoratius illud Jalyſi honorabat quodammodo Damagetum. 143. Ιστανται] Ita omnes præter unum Schmidium, qui Εστανται mavult: Neſcio, quo jure. 148, κλεινᾳ τ' εν Ισθμῳ Τετραχις ευτυχεων· Νεμεᾳ τ' αλλαν επ' αλλᾳ] Rectius diſtinguas, κλεινᾳ τ' εν Ισθμῳ Τετραχις· ευτυχεων Νεμεᾳ τ' αλλαν επ' αλλᾳ: Sic enim minus aſpera eſt Ellipſis in αλλαν επ' αλλᾳ: quod præter νικαν, ſic etiam ipſum τυχην ex ευτυχεων ſibi adſciſcere poteſt. Vident periti. 153. τα τ' εν Αρχαδιᾳ Εργα] εργα idem, quod ſequens αγωνες: *ea quæ fiunt in Arcadia.* 156. Αιγινα, Πελλανα τε, νικων-] Quia omnia hic ſunt copulata, ſcribendum videtur, Κ' Αιγινα, Πελλανα τε: In Aldina eſt, Πελλανα τ', Αιγινα τε νικων-, cum duplici copula: Plane contra legem Metri, neque ſcribere volo, Αιγινα τε Πελλανα τε, quia copula ita geminata, parum eſt jucunda: Nam Metrum Anapæſtum Jambo oppoſitum non abnueret. 158. ουχ ἑτερον λιθινα Ψαφος εχει λογον] ουχ ἑτερον λογον ego etiam refero ad ἑξακις præcedens: Nihil facilius & naturalius: Poteſt autem ψαφος ad *calculum* iſtum alludere, & eo etiam intuitu placuiſſe Poëtæ. 159. νω- τοισιν Αταβυριου Μεδεων] νωτοισιν μεδεων pro εν νωτοισιν μεδεων:

μεδεων: μεδειν casum tertium non amat: Secunda in Αταβυριου producitur, ut vides: Recte: Nam ατην in nomine isto quæsiviſſe videntur ipſi Græci; eoque refero, quod hic legimus in Scholiis, εισι δε χαλκαι βοες εν αυτῳ, αιτινες, ὁταν μελλει ατοπον τι γενεσθαι, μυκωνται: Et βυγιον teste Hesychio οιχημα: Quare ab ipso mugitu, qui erat calamitatis index, ita vulgo mons dici potuit non incommode: Bochartus cum Phœnicibus ſuis balbutit: Hesychius, Αταβυριον, ορος ενθα θηρια συναγονται: Id ad ατης οιχημα etiam accedit: Plura forte alias: Inquies; ſic prima officit, quæ in ατη etiam longa: Ita eſt; ideoque ſcriptum ſuſpicor primo τοις Αταβυριοι: Spondeus pro Dactylo, quem hic etiam ſuſtulerunt Naſutuli.

168. ἀτε οἱ πατερων Ορθαι φρενες εξ αγαθων Εχραον] Male jungunt εξεχραον: Ordo verborum eſt, ἀτε ορθαι φρενες εξ αγαθων πατερων οἱ εχραον: Sic nihil aptius aut expreſſius: ορθαι φρενες ſunt φρενες ipſius Diagoræ, quæ ex probis patribus derivatæ. 170. Μη κρυπτε κοινον Σπερμ' απο Καλλιανα- κτος, Ερατιδαν τοι &c.] Diſtinctio male habet: Scribe cum Aldo & Cantero, Μη κρυπτε κοινον Σπερμ' απο Καλλιανα- κτος. Ερατιδαν τοι συν χαριτεσσιν εχει Θαλιας και πολις· εν Δε μια μοιρα &c. μη κρυπτε, Ζευ: *Eratidarum equidem cum gratiis habet urbs etiam læta convivia: At uno momento temporis illa turbari poſſunt, ſi tu non adſpires, Deorum pater:*

Clauſula eſt elegans & appoſita: De Callianacte recte Schmidius: Ερατειδαι ſunt tribules ita dicti ab uno ex Diagoræ majoribus: quorum θαλιας propter hanc ipſam victoriam ideo nominatim celebrat Pindarus, una cum ipſis illorum χαριτεσσιν: πολις eſt Damageti Jalyſus.

ODE VIII.

Col. 1. Ματερ ω χρυσοστεφανων] Metricus, τροχαϊκον επιτριτον, η χοριαμβικον. επιτριτον idem, quod ἐφθημιμερες: Diximus ſupra: Pro χοριαμβικον ſcribere debuiſſet επιχοριαμβικον: Tale enim eſt propter Trochæos pro Jambis ſumtos. 2. Αεθλων Ουλυμπια] Ita Schmidius cum Palat. A. & B. Omnes alii, tam MSS. quam editi, Αεθλων Ολυμπια: Quo admiſſo Colon eſt Jonicum Dimetrum ανακλωμενον: Pæon enim tertius fit Jonicus, quia ſequens Jonicus a longa incipit: Atque hoc bonum quidem & receptum, ſed ab Antitheticorum eſt menſura diſcrepans; quæ abſque ανακλασει ſunt recta Jonica cum Ditrochæo mutilato: An diſcrepantia iſta uſus fuit Poëta? Potuit ſane: At quia adjectione unius literæ facile tolli poteſt, tutius ſit fere hic pro Ολυμπια ſcribere Ουλυμπια: Metricus nimis curte, Ιωνικον απ' ελασσονος. τριτου παιωνος, αντι Ιωνικου: De ανακλασει enim debuiſſet loqui, quia Pæon tertius in Jonicis non habet locum, ſi ανακλασις abſit: Quin

&

& in eo peccat Magiſtellus, quod ſic unius Strophæ primæ meminerit aliis neglectis.

3. Δεσποιν' αλαθειας· ινα μαντιες ανδρες] A-ſynartetum ex Penthemimeri Jambico & Trimetro Dactylico. 4. Εμπυροις τεχ-μαιρομενοι, παραπει-] Metricus, επιχοριαμβικον Πινδαρικον, η ιαμβελεγος: Ineptit η ιαμβελεγος: Nam Trochæi hic pro Jambis: Rectius eſt επιχοριαμβικον. 10. Αννεται δε προς χαριν ευ- σεβεων ανδρων λιταις] De his alii aliter: Dicam, quod res eſt, tribus verbis: Libri antiqui diſcreparunt, & in quibuſdam fuit, ut hic habemus, Αννεται δε προς χαριν ευ-σεβεων ανδρων λιταις: in quibuſdam vero, Πλη-ξεονται προς χαριν ευ- σεβεων δ' ανδρων λιται: Ex iſta diſcrepantia ortum eſt αννεται λιται, balbuties mera, quam boni Grammatici pro Schemate Pindarico habent, a Libris corruptis & male interpolatis decepti: Videbimus ſuis locis, tam hic in Pindaro, quam alibi: Quod hic proſtat, eruditius & alteri præferendum. 13 Τονδεκωμον] Hanc lætitiam, hanc exſultantium pompam: Ita, ut indicavi jam, accipiendum ubique in his, ſi alia non obſtent. 20. Ζηνι γενεθλιω· ὁν μεν Εν &c.] Ita Schmidius ex Palat. B. Alii Libri aliter: Aldus ὁς σε μεν Εν &c: Optima lectio eſt, ὁς σε Εν Νεμεᾳ προφατον· Αλκιμεδοντα δε &c: Vident periti, & ὑμμε præcedens probat: μεν ex διττογραφια acceſſit. 21. Εν Νεμεᾳ προφατον] Metri-

cus, χοριαμβικον διμετρον καταληκτικον: Legit, ut in Libris quibusdam eſt, προφαντον pro προφατον: Sic enim Colon eſt Choriambicum Dimetrum Catalecticum: At illud προφατον propinat nobis Dactylicum Dimetrum Hypercatalectum; qua menſura etiam ſunt Antithetica, arripienda ideo certo certius: Et hic Magiſtellus ad primam Epodum attendit, alias ſequentes non curans.
22. Αλκιμεδοντα δε παϛ Κρονϖ λοφῳ] Metricus, εγκωμιολογικον· παρα την τελευταιαν συλλαβην: Malo Aſynartetum ex Dimetro Dactylico & Trochaico Penthemimeri: Sic a norma vulgata minus receditur, nec nominum inducitur confuſio. 26. Εξενεπε, κρατεων] ασυνδετως ita & nude venit Εξενεπε, ut fere diſpliceat: An diſtinguendum forte, Ην δ' εσοραν καλος· εργῳ Τ' ου κατα ειδος ελεγχων, Εξενεπε, κρατεων Παλᾳ, δολιχηρετμον &c? 27. Παλᾳ, δολιχηρετμον Αιγιναν πατραν] Metricus, προσοδιακον τριμετρον ακαταληκτον. ὁ πρωτος εξ ιαμβων. αδιαφορος. ὁ β, χοριαμβος. Scribe ὁ πρωτος εξ ιαμβϖ: Pes primus Proſodiaci in Epodo hac eſt Pæon ſecundus pro Jonico a majore, & ſic Colon incipit a Jambo, ſi pedes ſimplices ſumas: Id autem αδιαφορον, neque Antitheticis obſtat, quæ ab Jonico incipiunt: Ita intellige Metricum, qui hic dicit, quod debet. 28. Ενθα Σωτειρα Διος ξενιϖ] Aſynartetum ex Monometro Trochaico & Monometro Anapæſtico, aut Dactylicum

ſtylicum Hepthemimeres cum Cretico pro Dactylo in principio: Metricus ineptit, Ιωνικον απ' ελασσονος τροχαϊκης συζυγιας πρωτυ και τριτου παιωνος, κατα το συνηθες των Ιωνικων και τριμετρων βραχυκαταληκτων: Pæon tertius non miſcetur cum Jonicis, nec talia dantur Jonica: Poſt των Ιωνικων pone Comma, & ſcribe και τριμετρον βραχυκαταληκτον: Ea menſura eſſet Colon: και manere poteſt, licet abundet: πρωτυ pro πρωτυ ποδος ſcriptum eſt abſolute. 29. Παρεδρος ασκειται Θεμις] Bonus Schmidius & Editores Angli hic primam in Παρεδρος producunt; ac ſi Jambus non poſſet opponi Spondeo in loco primo Verſus Jambici: Nihil indoctius aut ineptius: Mirum, quod παλαι paulo ante reliquerint intactum. 30. Ο, τι γαρ Πολυ, και πολλα ρεπει] *Quicquid enim multum & varie agitatur & motitat ſeſe:* πολυ eſt pro adverbio, & πολυ και πολλα cohæret: Ejiciendum igitur Comma, nec πολλα denegandum ipſi ſententiæ. 33. Δυσπαλες. Τεθμος δε τις &c.] Poſt Δυσπαλες pro puncto majori pinge punctum minus: Cohærent enim ſequentia, & κιονα δαιμονιαν ad rectam κρισιν & *Juſtitiam* pertinet. 50. καπετον] Pro καπεσον & καππεσον, id eſt, κατεπεσον ob Metrum: Simile καβαινων pro καββαινων apud Hephæſtionem, & alia alibi.

51. Αυθι δ' ατυζομενω, πνοας βαλον] Scribe, Αυθι τ' ατυζομενω, πνοας βαλον: δ' recte ſequi-

tur poſt μεν in Εἰς δ' εσορουσε: Nihil apertius.

59 αλ- λ' ἁμα πρωτοις αξεται Και τετρατοις] αρξεται bonum eſt de πρωτοις, ſed vix bonum eſt aut bonum eſſe poteſt de τετρατοις; neque cum duobus illis recte jungitur: Suſpicor aliud dediſſe Pindarum: Legere potes perbene, αλ- λ' ἁμα πρωτοις ερρεται Και τετρατοις: *ſuccumbet, capietur, peribit:* Heſychius, Ερρεται, φθαρειται: ερρω, ερρομαι. 66. Αποπεμπων Αιακον Δευρ' αι' ἱπποις χρυσεαις, Και Κορινθου δειραδ'] Diſtingue poſt Δευρ', ut αποπεμπων Αιακον δευρ' ſic interponatur, & επ' Ισθμον ποντιαν και Κορινθα δειραδα cohæreant apte: Δευρο ad ſuperius ταυδ' ἁλιερκεα χωραν ſe refert, & paulo durius eſt: Si dediſſet Pindarus, Αποπεμπων Αιακου Δωμ', αι' &c, id ego ſane prætuliſſem.

70. Τερπνον δ' εν ανθρωποις ισον εσσεται ουδεν] Adſentior illis, qui cum ſequentibus hæc jungunt. 71. Ει δ' εγω Μειλησια εξ αγε- νει-] Idem eſt Μειλησιᾳ, an Μειλησια, & idem etiam Μειλησια, an Μελησια ſcribas: Nam Epichoriambicum illud in principio & Ditrochæum & Epitritum ſecundum admittit promiſcue: Hoc certo certius, ipſeque Ditrochæus naturalior Epitrito, quia eandem menſuram Trochaicam ſervat: Syllabarum menſores talia ignorant; & Μειλησια probabiliter eſt a natutulis, qui inter eos familiam ducebant. 74. Και Νεμεᾳ γαρ ὁμως Εξεω ταυταν χαριν] De Meleſia hoc ſine dubio acci-

accipiendum, qui imberbis etiam in Nemeis vicerat: Pro Και Νεμεᾳ malim fere Καν Νεμεᾳ. 76. Ταν δ' επειτ' ανδρων μαχαν Εν παγκρατιῳ] Scribe potius, Ταν τ' επειτ': ανδρων aperte ciet Meleſiam: Timoſthenes & Alcimedon αγενειοι. 78. Ειδοτι ραϊτερον] Colon Dactylicum requirit ϝαιτερον ipſa ſcriptura: Simile αισσειν pro αϊσσειν, & alia id genus: ειδοτι cum Emphaſi dicitur de experto: απειρατων ſequitur. 81. Κεινα δ' εκεινος αν ειποι] Idioma fuit Τηνα δε τηνος αν ειποι: Moneo in tranſitu. 90. Εν τελϝασι παιδων απεθηκαλο γυιοις] Penthemimeres Jambicum requirit Εν τετϝασιν παιδων: Et ita recte Editi quidam 92. και επικωμιον οιμον] Cui κωμος opponitur vincentium. 96. Αρμενα πραξας ανηϱ] Scribe πϱαξαις: Dicam ſemel; ita legendum, quoties ſyllaba vere longa requiritur Metro, ut hic in Trochaico Euripideo 99. Χειρων αωτον Βλεψιαδαις, επινικον] αωτον χειϱων επινικον jungendum, & ejicienda diſtinctio, quæ a plerisque Editis recte abeſt: De hymno iterum male cogitant Interpretes: αωτον χειρων eſt *manuum præſtantiam*, *manus præſtantes*, quæ victorias pepererunt Blepſiadis: 103. Καννομον ερδομενον] Καννομον pro κατα νομον: Et ſic ϵϱδομενων certe ſcribendum potius: Nimis enim coactum eſt, Commate poſito poſt μϵϱος, κατα νομον ϵϱδομενον per appoſitionem referre ad τι μϵϱος & ſic interpretari: Si το adeſſet, non intercederem: Εστι δε και

το

το θανοντεσσι μερος, το καινομον ερδομενον: Periti vident, & perſpicuum eſt diſcrimen.

104. Καταχρυπτει δ' ὁ κονις &c.] Neque verſa vice ſepulchrum occultat mortuorum cognatorum gloriam cognatis: Viventes mortuos, mortui viventes, facinoribus ſuis egregiis honorant & condecorant: Sententia eſt mutua, & de gloria ad mortuos tranſeunte præcedens, de gloria vero tranſeunte ad vivos, hoc poſterius dicitur: Qui aliter accipiunt, errant, nec ad καταχρυπτει attendunt.

106. Ερμα δε θυγατρος ακουσας Ιφιων Αγγελιας] *Simulac hoc nunciatum fuerit Iphioni:* Non neceſſe, ut αγγελια προσωποποιηται cum Interpretibus: Floridior eſt locutio, & αγγελια recte tribuitur Mercurio nunciorum & κηρυκων præſidi. 107. ενεποι κεν Καλλιμαχῳ] Iphion & Callimachus hic: quorum unus ſine dubio avus Alcimedontis: Id enim aperte docet præcedens illud, Πατρι δε πατρος ενεπνευσεν μενος, Γηραος αντιπαλον: Alter Alcimedontis cognatus; quo gradu, incertum: Uterque vivus & ſpirans: Ineptum enim, quod de mortuo patre & avunculo balbutiunt quidam: Qui nuncium acciperet primus, fors ipſe avus: ſed hoc etiam incertum neque nugari placet: Ενεπνευσεν ſupra figurate dicitur: Id apparet hinc.

109. ον σφιν ωπασεν Ζευς γενει] σφιν γενει pro σφων γενει: Dativus eſt Poëticus: Interpretes & hic & alibi in iſtis errant.

ODE

ODE. IX.

Col. 1. Το μεν Αρχιλοχυ μελος] Metricus, αναπαιστικον μονομετρον ὑπερκαταληκτον εις δισυλλαβον: Poteſt etiam eſſe Antiſpaſticum Glyconium. 2. Φωνᾳ εν Ολυμπιᾳ] Ita malo etiam ego, ſi Ολυμπιᾳ ſit pro Epitheto: εν ſcilicet abundat, ut ſæpe, & Φωνᾳ εν Ολυμπιᾳ vertendum *voce Olympica*, id eſt, magna, qualis requiritur Olympiæ, ut audiatur ab omnibus: Φωναεν Ολυμπιᾳ, *vocale in Olympia*, bonum eſt per ſe, ſed Κρονιον παρ οχθον facit, ut hic conveniat minus propter ταυτολογιαν.

3. Καλλινικος ο τριπλοος κεχλαδως] Si ſequamur Grammaticum, qui hic ſcribit, Το μεν Αρχιλοχυ μελος, ὁ τοις νικωσι τα Ολυμπια επηδετο, ην τριστροφον· κοινως δυναμενον ἁρμοζειν επι παντος νικηφορυ· δια το και της πραξεως αυτης ψιλον εχειν τον λογον· μητε δε ονομα, μητε ιδιωμα, αγωνισματος, longe aliud fuit μελος, quod in Herculem compoſuit Archilochus: Ω καλλινικε χαιρ' αναξ Ηρακλεες, Αυτος τε και Ιολαος, αιχμητα δυο: ut ex ipſis nominibus apparet, quæ erant nulla in iſto Olympico; Et adſtipulatur Eratoſthenes, qui ὑμνον, non επινικιον, fuiſſe ſcribit illud, cujus initium ſunt adſcripta: Cum autem τριστροφος eſſet ὑμνος ille, ter, ad ſingulas nempe Strophas ſemel, ut εφυμνιον, Τηνελλα καλλινικε accedebat: Idemque factum videtur in altero Olympico: Nam ſic Emphaticum eſt Καλλινικος

κος ὁ τριπλοος κεχλαδως, ubi Το μεν Αρχιλοχε μελος præceſſit: Τηνελλα Καλλινικε pro μελει haberi non poterat: τριστροφον igitur illud cantabatur, & cuique Strophæ accinebatur Τηνελλα καλλινικε: Sentis? hoc appoſitiſſimum: Sic autem conſtat, quam male vulgo Τηνελλα cum Verſu Strophico Archilochi connectatur: Edunt enim, Τηνελλα Καλλινικε χαιρ' αναξ Ηρακλεις: Et contra mentem Poëtæ, & contra legem Metri: Ω Καλλινικε χαιρ' αναξ Ηρακλεες, quod poſuimus, hic ab Eratoſthene ſumſimus, & purum putum eſt. κεχλαδως & κεκλαδως idem: χλαζω & κλαζω, ψοφεω: Si res eſſet mei arbitrii, mallem tamen κεκλαδως, quam κεχλαδως, hoc loco: quia χλαζω de murmurante quovis, κλαζω autem de ore dictum videtur diſtinctius: Heſychius, Κλαζοντες, κραυγαζοντες. Κλαζων, βοων: Plura alias. 5. χθον, ἀγεμονευσαι] Jambicum Penthemimeres aut Jonicum Dimetrum Brachycatalectum: Pes primus variat, ut ex Antitheticis vides: Ut eum æquaret, bonus Schmidius malebat hic, Κρονιῳ παρ' ο- χθῳ ἀγεμονευσαι. 6. Κωμαζοντι] Nota: hoc κωμον aperte explicat in his, & probat vocem non de hymno, ſed exſultantium pompa accipiendum eſſe: Ειδικωτερον eſt, quod notat hic Græcus Interpres, εθος δε ην κωμαζειν την νικην ἑσπερας τοις νικηφοροις, μετ' αυλητυ· μη παροντος δε αυλητυ, εἰς των εταιρων ανακρουομενος, ελεγε, Τηνελλα Καλλινικε. Ita legen-

gendum: Nunc nullo ſenſu legitur ες περας τοις νικηφοροις: Plura alibi. 10. Δια τε Φοινικοστεροπαν] Metricus, περιοδικον, επιτριτος τροχαιος: Scribendum ſine dubio, περιοδικον, η επιτριτος τροχαιος: Nam iſta ſunt plane diverſa, & diſtingui debent: επιτριτον τροχαιον intelligo; & tale eſt Colon, cujus Trochæus primus eſt reſolutus, & Trochæus ſecundus variat, ut quisque metiens videt: Sed quid περιοδικον? Non adſequor: Periodus enim in his nulla: Aut ineptit Magiſter, aut loquuntur Scribæ: Poſterius malo, & ſcribendum ſuſpicor χοριαμβικον: Tale ſcilicet eſſe poteſt Colon, ſumtis Trochæis pro Jambis: χοριαμβικον pro επιχοριαμβικον habuimus etiam alibi, nec iſta diſtinguunt ubique Magiſtri: Ita legere igitur ſufficit, neque επιχοριαμβικον requiritur: Utroque modo variat Metrum, quod Schmidium æquo animo tuliſſe miror: Sed ſibi ſimilis non erat ille. 11. Σεμνον τ' επινειμαι] Illud επινειμαι perquàm durum eſt & ingratum, inprimis ubi σεμνον ejus lateri adhæret, & Δια φοινικοστεροπαν præcedit: *invade, depopulare:* an vitium hæret leve, & ſcribendum, Σεμνον τ' επινεισαι? Heſychius, Νεισεται, εισερχεται. Νεισαντο, επορευοντο. Et Επινεισεται, επιλευσεται: Hoc aptum & conveniens. 15. Πελοψ εξαρατο καλλι-] Metricus, επιωνικον ατακτον, σπονδειον εχων τον δευτερον: Vix puto, & nimia eſt αταξια in Epionico: Ego Colon Anapæſticum eſſe arbitror

bitror Hepthemimeres cum Jambo in primo loco more Archilochi: Sic nihil novum & ατακτόλερον hic. 16. στον εθνον Ιπποδαμειας] Metricus, επιωνικον καθαρον διμέλεον, ακαταληκτον: Hoc falsum est, si Antithetica conferas, quorum duo sunt ατακτα, ut præcedens, neque in ordinem cogi possunt Critices πειθαναγκη: Bonum enim Schmidium non moror, qui regulis suis Prosodiacis ex quovis facere potuit quidvis: An in his ita dissonus fuit Pindarus? Vix credo, & hoc etiam Colon Anapæsticum Hepthemimeres, sicuti antecedens, esse puto: quod proinde ita stabiliendum fulcro, στον εθνον γ' Ιπποδαμειας: Ad ejus normam vero redigenda Antithetica, ut in progressu videbimus: Sic abigimus, quod revera absonum est, & via media incedimus tuti. 22. Εξ Οποεντος, αι- νησαις έ και υἱον] αινησαις non est participium hic, & distinguendum, ut ea de re apertius constet, Κλεινας εξ Οποέντος· αινησαις έ και υἱον: Et ita præter Benedictum, Aldus & Editor Romanus. 27. Θαλλει δ' αρεταις ι- σον και Καστα λιᾳ, παρ' Αλφειῳ τε ρεεθρον] Propter και, τε malim, Θαλλει δ' αρεταις ι- σον και Καστα λιαν, παρ' Αλφειῳ τε ρεεθρον: παρα ad utrumque pertinet postpositum: Aldus & Editor Romanus τε pro και habent: quod lectionem illam magis adhuc exigit: Neque Metrum vitiat τε: Nam utroque modo Colon est Glyconium,

&

& Antiſpaſti variant millies: Schmidius non intellexit. 30. στεφανων αωτοι] Coronæ egregiæ, & pro coronarum floribus, id eſt, omnium præſtantiſſimis, haberi poſſunt & debent. 32. τι ματερ' αγλαοδενδρον] Ut Colon ſit Anapæſticum Strophico ſimile, legendum τι ματερα αγλαοδενδρον: Anapæſtus eſt pro Spondeo: Imperiti mutilarunt vocem, ne vocales concurrerent, cum eo concurſu delectetur ubique Pindarus. 38. Ει συν τινι μοιριδιῳ παλαμᾳ] Anapæſticum Dimetrum Acatalectum: Inepte Metricus, προσοδιακον τριμετρον καταληκτικον· ὁ πρωτος, Ιωνικος απο μειζονος· ὁ β, χοριαμβος· ὁ γ, Ιωνικος απ' ελασσονος: Nam ita non ſolent jungi Jonici adverſi, præſertim in Proſodiacis. 39. Εξαιρετον Χαριτων νεμομαι] Metricus, τριμετρον επιωνικον βραχυκαταληκτον: Errat, ut ſupra: Pæon tertius nunquam eſt pro Jonico, niſi ανακλασις accedat, quæ hic nulla: Colon eſt vel Aſynartetum ex Monometro Jambico & Monometro Anapæſtico, vel Antiſpaſticum Trimetrum Brachycatalectum: Antiſpaſtus ſtat in medio. 40. Καπον· κειναι γαρ ωπασαν] Metricus, διπλους τροχαιος, και διπλους ιαμβος: Vitium eſt manifeſtum: Scribe, διπλους σπονδειος, και διπλους ιαμβος: Ut in Jambelego Dactyli cum Jambis, ita in hoc Colo Spondei, qui pro Dactylis ſunt, cum Jambis copulantur: Et ſic Aſynartetum hic habemus ex Dimetro Dactylico & Monometro Jambico.

41. Τα τερπν'. Αγαθοι δε] Metricus, Ιωνικον διμετρον βραχυκαταληκτον, αδιαφορον κατα την αρχουσαν: Sic Pæon ſecundus eſt pro Jonico: Colon etiam eſſe poteſt Jambicum Penthemimeres. 42. Και σοφοι κατα δαιμον' ανδρες] Aut Antiſpaſticum Dimetrum Hypercatalectum, aut Trochaicum Dimetrum Acatalectum: De Antiſpaſtico Metricus: κατα δαιμονα: δαιμονα hic a θεοις diſtinguit Pindarus, & μοιραν, ειμαρμενην, fatum, intelligit: cujus ductu & imperio viri & vere ſapientes, & vere ſtrenui fiunt: Sic non ineptiunt, quæ cum επει de Hercule ſequuntur, contendente cum ipſis Diis.
45. σκυταλον] Ita ſcribas, an σκυταλην, res eodem redit: Sciunt omnes, Synonyma eſſe iſta: τριοδοντος σκυταλην perperam jungit Schmidius: τριοδοντος εναντα jungendum eſt.
50. ουδ' Αϊδας αχι- νητον εχε ραβδον] *non quietam habuit virgam:* ea uſus fuiſſet contra Herculem. 52 Βροτεα σωμαθ' ᾗ καταγει] Inepte Schmidius, Βροτεα σωματα ᾗ καταγει: Et de ισοδυναμια adjicit, quæ non intelligebat ipſe: Diximus ad Stropham primam. 58. Το καυχασθαι παρα καιρον] Colon Anapæſticum bonum & certum.
70. Κτισασθαν λιθινον γονον] Si ita legas, variat Antiſpaſtus: Κτησασθαν Antiſpaſtum exhibet aliis gemellum: Hoc tamen bonus Schmidius corruptum cenſet hic: Ita ſibi conſtabat Metricus: Ego animi ſum dubius: Nam

Κτη-

Κτησασθαν recte exponi poteſt *ſibi comparārunt*: quod ignoraſſe etiam videtur ille: Ideo ſcilicet ſententiam curavit ſibi relicto Metro: Editio Aldina & Romana etiam Κτησασθαν. 73 Λιγυν. Αινει δε παλαιον] Λιγυν debet eſſe Jambus: Scribe igitur cum fulcro, Λιγυν γ'. Αινει δε παλαιον: Nihil certius.

74. Μεν οινον, ανθεα δ' ὑμνων] Labaſcit Colon Anapæſticum, fulcro quoque ſuſtentandum: Lege, Μεν οινον γ', ανθεα δ' ὑμνων.

79. Αυτλον ἑλειν] αυτλον hic eſt mare, & loca alia, in quibus commorantur & habitant aquæ: Perbene Benedictus *in ſuos ſinus rediiſſe*: Qui αυτλον interpretantur την χυσιν και την ρυσιν τυ ὑδατος, errant longe: Notiſſima eſt prima vocis ſignificatio.

82. κοραν τε φερ- τατων Κρονιδαν] Ita ſcriptum pro κορας τε φερτατω Κρονιδαν: Ad Protogeniæ enim & Jovis amores reſpicitur, ex quibus Locro natus filius: Numerus pluralis pro ſingulo: Id infrequens non eſt, nec ego improbo; ſed cur ipſum illud ſingulum non ſumſit Poëta hoc loco, adeo concinnum & appoſitum? Sane ita ipſe forſan olim manu ſua: Durum enim eſt, ne quid diſſimulem, φερτατων Κρονιδαν de uno Jove, ita ἁπλως.

83. εγ- χωριοι βασιληες αιει] Elegans eſt Emphaſis in αιει: Reges uno ordine ſibi ſuccedentes: ſucceſſione non interrupta: Periti ſciunt, & verbo moneo. 86. Την παιδ' απο γας Επει- ων Οπουντος] Filiam O-

puntis, non filiam Deucalionis, facit Pindarus Protogeniam, & in eo discessit ab aliis: Nugantur, qui istud dissidium tollere studeant, Deucalionem statuendo binominem: Sic enim de Epeorum imperio nondum constat; nihilque frequentius, quam ejusmodi dissidia, in Mythologicis. 88. Μιχθε Μαιναλιαισιν εν] Libri omnes constanter Μιχθη: quod Schmidius mutavit ob Metrum, cum paulo ante V. 70. pro Κτησασθαν scripsisset Κτισασθαν: quæ levitas sane est desultoria: Ego Μιχθη lubens retineo: Antispastus enim licite variat, nec Glyconii indolem mutat: Quin & de μιχθε pro μιχθη dubito: De μιχθεν pro μιχθησαν certa res est.
91. ποτμον εφαψας] *mortem annectens*: mortem afferens: Venustum est εφαψας.
100. πασεν λεων τε διαιταν] Huic Anapæstico etiam adferenda est medela: Scribe nulla mutatione, πασεν λαον τε διαιταν: Aldus λαων pro λεων. 103. βαν, ιδ' Αχαδες, οι δε και Πισαΐαι] Plerique Libri, βαν, οι δ' Αχαδες, οι δε και Πισαται: Utrumque admittit Phalæcium, & Antispastus uterque bonus: Aptius autem revera, βαν· οι δ' Αχαδες, οι δε και Πισαται, si attendas. 108. Τευθρανος πεδιον μολων] Ita bonus Schmidius iterum, ne quid detrimenti caperet res Metrica: Risum meretur: Antispastus iterum variat licite, & Librorum omnium Τευθραντος purum putum est: De ipso Τευθρανος non necesse ut loquar.
115.

115. Νοον γ'. Εξοὺ Θετιος γο-] γ' a quibusdam Libris peſſime abeſt: Nam ſic Colon Anapæſticum concidit. 116. νος ουλιῳ μιν εν αρει] Laborat etiam Colon hoc, neque Antitheſin ſervat: Legendum, νος ουλοιῳ μιν εν αρει: Nihil facilius aut paratius. 124. Τ' ηλθον τιμαορος Ισθμιαι-] Colon eſt juſto longius: Nec de Synizeſi hic cogito: Scribe, Τ'ηλθον τιμωρος Ισθμιαι- . 126. ὁτ' αμφοτεροι κρατησαν Μιαν εργον αν' ἁμεραν] Epharmoſtus cum Lampromacho Iſthmia vicerat eodem die: Ita hoc intelligendum: De Olympicis non loquitur amplius Poëta, quia victoria illa jam celebrata, Odes ὑποκειμενον præcipuum: Ei annectit alias nunc victorias: quarum prima Epharmoſto communis cum Lampromacho; cujus proinde ſimul hac occaſione meminit: Res eſt aperta: Sed ſic nullus ego dubito, quin paulo ante ſcribendum ſit, Προξενια δ', αρετᾳ Τ' ηλθον τιμωρος Ισθμιαις Τε Λαμπρομαχω μι- τραις: Niſi enim copula accedat, ita nude & incongrue ad Lampromachum tranſit, ut omnibus, qui artem loquendi callent, id diſplicere debeat ſane: Vocula adjecta omne incongruum tollit. 130. Ται δε και Νεμεας Εφαρ- μοστῳ κατα κολπον] Ex Ται δε colligo, Epharmoſtum etiam bis Nemea viciſſe: Ita enim hæc nectit Poëta, ut aliter intelligi non poſſint commode: Attende modo ad ται poſt αλλαι δυο χαρμαι, ſuffragabe-

ris mihi: Hæc autem arctius cum verbis præcedentibus copulanda, ut Epharmoſtus & victoriæ, quas Epharmoſtus reportaverat ſolus, rite diſtinguantur a Lampromacho & victoriis, quas cum Lampromacho reportaverat ſimul: Εφαρμοστῳ longius paulo ab Αλλαι δε δυ' εν Κορινθῳ πυλαις diſtat, & quod ordo non dicit, dicere debet interpretatio.

134. Οια δ' εν Μαραθωνι, συ-] Libri omnes Οιον: Perbene: Antiſpaſtus variat, & Οιον αγωνα aptiſſimum eſt: Schmidius iterum Οια, ut Metrum curet: Id mandandum ſcilicet ei. 135. συ- λαθεις αγενειων] Ereptus imberbibus: Seſe eripiens ex numero imberbium: imberbium numero ſeſe ſubducens: Locutio Pindarica.

152. Το δε φυα, κρατιστον απαν] Schmidius καρτιστον: In his ipſis ſibi non conſtitit homo.

156. Ανευ δε θεων, σεσιγα- μενον γ', ε σκαιοτερον χρη- μ' εκαστον] Encomium præcipue meretur, quod natura præſtat: Ea vero, quæ uſu & doctrina comparantur, ſi publico Encomio careant, ideo non deteriora ſunt, aut deteriora videri debent: Hic ſenſus, cui ſequentia pulchre conſentiunt. 158. μ' εκαστον. Εντι γαρ αλλαι] Anapæſticum poſtremum, quod ope noſtra indiget: Scribe etiam hic cum fulcro, μ' εκαστον γ'. Εντι γαρ αλλαι: Sic Antithetica optime conſpirant: Erunt, quibus hoc loco diſplicebunt fulcra vicina: Et illi legere poterunt, Ανευ δε θεων, σεσιγα- μενον τ', ου σκαι-

σχαιοτερον χρη- μ' ἑκαστον γ'. σεσιγαμενον τε pro και σεσιγαμενον: Mihi ea non displicent; quanquam Emphasis est in και σεσιγαμενον, quæ adblandiri potest. 166. Αιαντεον γε δαι- Θ', ὁς Οιλιαδα νι- κων επεσ[ε]φανωσε βωμον] Pro Αιαντεον plerique Libri Αιαντειον: sic etiam τειον Jambus esse potest: τι ὁς τ' Οιλιαδα sine dubio officit Metro: Legendum, Θ' ὁς τ' Οιλιαδα νι-: Nam sententia copulam requirit, & Jonicum, pedem domesticum, non respuit Metrum: Alias legendum, Αιαντειον τε δαι- Θ' ὁς Οιλιαδα νι-: Aldus Αιαντειον τέ, Palatinus A. Αιαντεον τε: uterque τε pro γε: Schmidius hic suo more. De Οιλιαδα non dubitandum, quanquam Libri fere omnes Ιλιαδα exhibent: Ea de re aliquid alibi.

ODE X.

Col. 1. Τον Ολυμπιονικαν αναγνωτε μοι &c.] *Dignoscite, qua parte mentis meæ mihi pictus sit:* in quo sit apud me pretio, ut ut oblitus fui, suo tempore hymnum ei scribere: Pictura in mente ad ipsum pretium respicit, & locutio ista non ignota etiam est hodie. 3. Εμας γεγραπται. Γλυκυ γαρ αυτῳ] Metricus, τριμετρον ιαμβικον ὑπερκαταληκτον. ὁ τριτος δακτυλος πανταχυ: Vitium apertum: Scribe ιαμβικον διμετρον ὑπερκαταληκτον. 4. Μελος οφειλων, επιλελαθ'. Ω] Metricus, τροχαϊκον διμετρον ακαταληκτον διῃρημενου του πρωτου ποδος: De pede tertio id etiam notare debuisset, & notavit forsan, ut mu-

tilata ſint verba: διῃρημενου του πρωτου και τριτου ποδος. 5. Μοισ'] Haud dubie pro Μοισα: Muſam & Veritatem alloquitur Pindarus, eisque ερυκεῖον apte tribuit: αναγνωῖε præcedens reſpicit omnes eos, qui μελος vel audirent, vel legerent: Iſta ſunt rite diſtinguenda, ut ipſa verba dictant: Metricus de Colo hoc, καταληκτικον πενθημιμερες, η αναπαιστικον διμετρον βραχυκαταληκτον, η προσοδικον διμετρον ακαταληκτον: Quid καταληκτικον πενθημιμερες? Neſcio, neque ipſe Metricus dixiſſet: Nihil enim ſignificat aut ſignificare poteſt: Vel corruptum igitur eſt plane, vel aliunde perperam inſertum hic cum aliqua labe: Anapæſticum Dimetrum, & Proſodiacum Dimetrum perſpicua ſunt. 6. Αλαθεια Διος] Metricus, Αντισπαστικον διμετρον βραχυκαταληκτον: An alii hoc habuerunt pro Dactylico Penthemimeri, prima producta loci privilegio, & eo pertinet præcedens δακτυλικον πενθημιμερες, quo modo ſcilicet ſcribendum pro καταληκτικον πενθημιμερες? Id perquam probabile mihi. 7. Ορθᾳ χερι ερυκετον ψευδεων] Metricus, επιωνικον τριμετρον καταληκτικον· ἡ πρωτη συζυγια Ιωνικη· ἡ δευτερα ιαμβικη· ειτα τροχαιος, οικειος τῃ Ιωνικῃ συλλαβῃ: Jambi & Trochæi ita non placent mihi in Epionico: Colon Pæonicum Trimetrum Hypercatalectum eſſe puto ex Antibacchio, Pæone tertio, Antibacchio & ſyllaba: Verba Metrici in fine leviter ſunt corrupta: Scribe, ειτα τρο-

τροχαιος, οικειος τη Ιωνικη, συλλαβη, vel και συλλαβη. 9. Εκαθεν γαρ επελθων ὁ μελλων χρονος] ὁ μελλων χρονος, *cunctans, moras nectens tempus*: id eſt, tempus, quo mora commiſſa eſt, & ego cunctatus fui: Interpretes ineptiunt: *futurum tempus* poſt ἑκαθεν επελθων Baubonis ſermo eſt. 13. Ψαφον ελισσομεναν] *Calculum contra me latum* propter moram: την καθ' ἡμων λοιδοριαν, ut recte unus ex Interpretibus Græcis. 15. κοινον λογον] hymnum, qui publice legitur.

17. Νεμει γαρ Ατρεκεια πολιν Λοκρων] Metricus, χοριαμβικον τριμετρον βραχυκαταληκτον—— ειτα χοριαμβος. ειτα πυς ἁπλυς: Recte, ſi Λοκρων aliaque gemella pro Trochæo & Choriambi dimidio ſumas: Et ſic Metrici πυς ἁπλυς accipi poteſt. In Scholiis hic, απονεμει γαρ ἡ τραχεια πολις. τινες οὑτως: Quorſum illud? Et quod præcedit τραχεια δε εικοτως αν λεγοιτο, λοφωδης &c? Dicam: Fuerunt, qui pro Νεμει γαρ Ατρεκεια πολιν Λοκρων legerunt Νεμει γαρ ἁ τραχεια πολις Λοκρων: Et eo pertinet τινες οὑτως: *ita quidam*: inepta lectio & inepta interpretatio: Quanquam enim νεμει ἁ τραχεια πολις ſic ad antecedens χαριν referebant, non poterant non ridiculi videri eo ipſo paulo eruditioribus; præſertim ubi ἁ τρα eſt Spondeus & ſic Metri ratio peſſime temeratur: Vident omnes: Faceſſant igitur Critici illi inſiceti, & æternis tenebris damnetur commentum adeo inſulſum.

18. Ζεφυριων· μελει τε σφισι Καλλιοπα] Metricus, προσοδιακον τριμετρον ακαταληκτον· ὁ πρωτος, τροχαιος τῦ δευτερου ποδος λελυμενου. ειτα Ιωνικῦ απο μειζονος. ειτα χοριαμβῦ: Non accedo: Nam in Prosodiacis pedes esse debent alternantes: Colon est Asynartetum ex Trochaico Penthemimeri, & Penthemimeri Dactylico: Apud Metricum vero scribendum τῦ πρωτῦ ποδος λελυμενῦ, & Ιωνικος απο μειζονος. ειτα χοριαμβος. 21. Δ' εν Ολυμπιαδι νικων, Ιλᾳ Φερετω χαριν] Metricus, Ιωνικον τελεαμερον καταληκτικον, τῦ τριτῦ παιωνος αντι τῦ απ' ελασσονος κειμενου, και τροχαιου, και συλλαβης: Non sequor Magistrum: Nam Jonici contrarii ita non solent necti, nec Pæones tertii pro Jonicis sumi: Colon est Asynartetum ex Jambico Penthemimeri, & Dactylico Trimetro Acatalecto: Jambus unus est resolutus: Solent aliquando Lyrici Spondeum adhibere pro Jambo in locis paribus: Quod si factum velis hic, Colon etiam haberi potest pro Jambico Trimetro Acatalecto cum Spondeo in quarto loco: Vide & judica: Pro Ιλᾳ Palat. C. & Aldus Ιολα: Recte, ubi de Dactylico Trimetro constat: Nec tamen deterius Ιλᾳ, deductum ab ἰλαω vel εἰλεω: Id enim Spondeum exhibet: Ῡλᾳ Metrum respuit, quia primam corripere solet, quam hic ipsum Jambicum sibi desideraret longam: πυκτας est primus singulus, non quartus pluralis.

22. Αγησιδαμος, ὡς Αχιλει Πατροκλος] Me-

Metricus, ιαμβικον τριμετρον βραχυκαταληκτον, εξ Ιωνικου: Jambicum Trimetrum Brachycatalectum apertum eſt: Sed quid εξ Ιωνικου? Neſcio, & male repetitum credo ex ſequenti articulo: Pro Αχιλει cave, ſcribas Αχιλλει: Sic enim concidit Colon. 23. Θηξας δε κε Φωτ' αρετα, ποτι] Metricus, προσοδικον τριμετρον βραχυκαταληκτον· εξ Ιωνικου του απο μειζονος, και ποδος ημισεος: Scribe, εξ Ιωνικου του απο μειζονος, χοριαμβου, και ποδος ημισεος: πους ημισυς eſt ex mente Metrici Jonicus a minore dimidius: Et ſic male iterum copulantur Jonici contrarii, præcipue in Proſodiaco: Errat; & Colon eſt Anapæſticum Dimetrum Catalecticum: φωτ' αρετα nunc omnes Libri: Fuerunt olim, qui φυντ' αρετα habebant, ut ex Scholiaſte apparet, qui ita legit in ſuis: Utrumque bonum eſt, ſed melius & ſignatius fere φυντ' αρετα. 25. νηρ, Θεου συν παλαμα] Metricus, Ιωνικον διμετρον καταληκτικον απο τροχαϊκης συζυγιας: Non eſt Jonicum Dimetrum: Nam παλαμα nihil definit: Tu ſume igitur, vel Trochaicum Ithyphallicum, vel Pæonicum Dimetrum Acatalectum, ex Cretico & Pæone primo. 27. Εργων προ παντων βιοτω φαος] φαος βιοτω ad απονον χαρμα apponitur, & εργων προ παντων ejus præſtantiam indicat: Facinus, quod vitæ ſplendor eſt, & aliis facinoribus præſtat: Qui εργω ſcribunt, balbutiunt: Sic & ſenſus, & conſtructio eſt impedita: απονον includit εργω, &

& προ παντων moleſtum eſt abſolute: In re clara verbis parco. 29 Θεμιδες] Plerique alii Editi cum Aldo & Calliergo Θεμιſες: Dorice magis, ut ſciunt Periti: Moneo in tranſitu. 30. ὁν αρχαι- ῳ σαματι παρ Πελοπος Βιη Ηρακλεος] Unus Aldus hic magno diſcrimine, ὁν αρχαι- ῳ σαματι παρ Πελοπος Βωμον ἐξαριθμον Ηρακλεης Ελισσατο. cujus nulla habenda eſt ratio, ut ex ſola αντιθεσει omnes perſpiciunt ſtatim: Pro Αγωνα δ' εξαιρετον in Libris quibusdam male ſcriptum videtur Βωμον δ' ἐξαριθμον, & ex iſta diſcrepantia annotata ortum peſſimum illud lectionis monſtrum: Sic vides, quo Scholiaſtæ verba pertineant: Ille enim in interpretando ſecutus eſt Libros, qui Aldinum illud exhibebant. 34. ὡς Αυγεαν λατριον Ακον δ' ἐχων μισθον ὑπερβιον Πρασσοιτο] Inſolens ὑπερβατον των λατριον & ὑπερβιον nota. 37. δαμασε κἀκει- νης Ηρακλεης] και Emphaſin habet, & rationem indicat alteram, ob quam Molionidas interemit Hercules: Prima præceſſit ὡς Αυγεαν &c. Socii interemti, ratio altera: Atque inde και.

41. Μυχοις ἀμμενον Αλιδος] Pro ἀμμενον Libri quidam ἀμενον: Rectius, ſi ab ἡμαι veniat: Nam conſonantem in iſta voce geminare non neceſſe: Sed ad ἅπτομαι perbene referri poteſt ἀμμενον: quod valet *hærentem, nexum* Elidis receſſibus, & aptum hercule eſt: 54. περι δε παξας, Αλτιν

μεν

μεν δγ' εν καθαρῳ Διεκρινε] Locus difficilis, cujus interpres eſt Pauſanias in Eliacis Lib. 5. cap. 10. Πολλα μεν δη και αλλα ιδοι τις αν Ελλησι, τα δε και ακουσαι θαυματος αξια. μαλιστα δε τοις Ελευσινι δρωμενοις, και αγωνι τῳ εν Ολυμπια μετεστιν εκ θεου Φθοντιδος. Το δε αλσος το ιερον τυ Διος, παραποιησαντες το ονομα, Αλτιν εκ παλαιυ καλουσι. και δη και Πινδαρῳ ποιησαντι ες ανδρα Ολυμπιονικην ασμα, Αλτις επωνομασται το χωριον. περιπαξας διεκρινε cum σταθματο arcte copulandum eſt: Hercules lucum ſacrum dimenſus eſt patri ſupremo, eumque circumſepiens, locum, quem Αλτιν vocant indigenæ, ſic ſeparavit a locis profanis, ſacrisque addixit uſibus: Sententia eſt perſpicua, & διεκρινε εν καθαρῳ ita accipiendum: Grammatici ab αλδω derivant αλσος: Eos ſequitur Pauſanias, & αλσος mutato σ in τ, ut ſolent Dores, αλτιν dictum fuiſſe putat Dorice: Non improbo; ſed αλσος & αλσις diſtinguere malo: Sic locus ſacer pulchre dictus eſt αλσις & αλτις, quia ejus religione & celebritate creverat Piſa: αλτις Ολυμπιας, αλσις Πισας: incrementum Olympiæ, incrementum Piſæ: Nihil accommodatius, præſertim ubi ſic αλτις & αλσος commode etiam diſtinguuntur in hoc Pindari loco: Nunc omnia ſunt apta & perſpicua; quæ ſi alios ſequamur, obſcura ſunt & inepta: Ubi αλτις pro αδυτῳ? Quid Didymi Αλιν? Quicquamne inficetius hic? Fuerunt Libri, qui Αλιν habe-

bebant, ſed eos Ariſtodemus non injuria corruptos cenſuit, Αλτιν pro Αλιν ſcribens: Scholia, Αριστοδημος γραφει αντι Αλιν, Αλτιν. ουτω γαρ τον περι την Ολυμπιαν τοπον καλεισθαι. και τον Δια εξ επιθετου, Αλτιον: Quod Pauſanias dicit, dicit etiam Ariſtodemus, neque aliter intelligendus eſt: In ſequentibus, ubi Didymi ſententia refertur, pro Διδυμος δε κατα χωραν ιων την γραφην legendum eſt κατα χωραν εων την γραφην, *in loco relinquens ſcripturam*, non mutans, ut Ariſtodemus: Noto εν παροδω: Scholia enim corrigere non conſtitui.

61. Νωνυμος, ἁς Οινομαος αρχε] Media in νωνυμος producta non diſplicet: υ enim litera eſt δίχρονος, eaque facilius producitur in voce mutilata, quam in voce integra: Pes primus in Antitheticis, ut vides, variat: ἁς ſecretius eſt: Scholiaſtes hic, ἁς, αντι του ἑως. και εστιν επιρρημα χρονικον: Similiter Heſychius, Ας, ἑως, ὁπως, μεχρις οὗ: An ω in α mutatum Dorice? Vix puto, & de Ellipſi cogito: Dicam verbo: ἁς vel ſecundus eſt ſingulus, vel quartus pluralis: Utrumque ἡμεγας ſibi deſiderat: ἡς ἡμερας: ἁς ἡμερας: quo tempore, quamdiu: Sic nihil facilius.

68. Κατεφρασεν, ὁπα ταν πολεμοιο δοσιν] Verſus laborat: Nam pes primus eſſe debet Trochæus reſolutus; ſecundus, Trochæus verus: Scribe vel Κατεφρασεν γ', ὁπα ταν πολεμοιο δοσιν: vel Κἀτεφρασεν, χ' ὁπα ταν πολεμοιο δοσιν: Sequitur και πενταετηριδ' ὁπως: Et ſic optimum eſt χ' ὁπα pro και ὁπα. ibid.

ταν

ταν πολεμοιο δοσιν Αχροθινα διελων εθυε] ταν δοσιν ακροθινα πολεμοιο idem, quod τα ακροθινια πολεμοιο: ακροθις hic Epithetum eſt, & δοσις ακροθις munus lautum, quod alte accumulatum eſt, & cumulum conſtituit ingentem: ακροθινα πολεμω Od. 2 aliud: Interpretes non intellexerunt, nec hic, nec ibi. 74. εν δοξᾳ θεμενος, Ευχος εργῳ καθελων] *in honore ſe collocans, ubi gloriam opere acquiſiverat*, ſibi decerpſerat. 82. Πυγμας φερε, Τιρυνθα ναιων πολιν] Primam in Τιρυνθα hic ſine dubio corripuit Pindarus: Nam Antiſpaſtus non poteſt adhiberi pro Pæone: Niſi legendum, Πυγμας φρε, Τιρυνθα ναιων πολιν: Nam ſic Antibacchii tres ſeſe excipiunt: φρε pro φερε & εφερε: Periti ſciunt: Et hoc ſane arridet mihi, & facile depravari potuit. 84. Απο Μαντινεας Σαμος αειδετο] Ita recte legitur ex Palat. A. & B. quibus adſtipulatur Mſ. Bodlej: Nam verbum requiritur, quo aliquid de Samo prædicatur, ut in præcedentibus ubique verbum eſt tale: Nihil apertius: Et ſtultitiam debent omnes, qui ut σαμ' Αλιρροθιου defenderent, neſcio quæ commenti ſunt ſibi: Peſſima lectio eſt, quæ & ſententiam & Metrum jugulat: Et tamen dubito, an in eo non lateat aliquid, quod optimum erat & vere Pindaricum: Viſne conjecturam? Scribendum forte, Αν' ἱπποισι δε τετρασιν Απο Μαντινεας Σαμος ἁλιζοθει? ἁλιρροθος, maris ſtrepitus: ἁλιρροθεω, maris

ris ſtrepitum cieo: Id elegantiſſimum & eruditum de Samo, qui equis ſuis volans, omnesque prævertens, excitabat clamorem, qui maris ſtrepitum exprimebat horriſonum: επιρροθος & επιρροθεω norunt omnes: Simile αλιρροθεω, quod hic μεταβατικον ſtatuo, & eo ipſo ſecretius eſt: Quid ais? Hoc vere Pindaricum eſt, & minus notum facile Αλιρροθιου produxit: Sic Metrum etiam optime habet, neglecto augmento correpta licet prima: Nam Syzygia Jambica εξαζημος perbene opponitur Syzygiæ Jambicæ επτασημῳ: Quare ne quid diſſimulem, vix dubito, quin illud ipſum ex Pindari calamo profluxerit, & alterum αειδετο ſit a Correctoribus non ineptis.

85. Κἀκοντι Φραξῳ ελασε σκοπον] Ita legendum, aut Ακοντι Φραξῳ δ' ελασε σκοπον, ut in plerisque eſt: Pes primus, ut dixi, variat: Aldus contra Metri normam hic, Ακοντι δε Φραξῳ ελασε σκοπον. 86. Πετρῳ δ' Ενικευς εδικε μακος] Ita Schmidius: Neſcio, cur receſſerit a Libris, qui habent ordine contrario, Μακος δ' Ενικευς εδικε πετρῳ: De nomine Ενικευς & ejus menſura videndum: Media debet eſſe longa: Ενιπευς nomen eſſet notius & menſura certius: εδικε μακος Pindaricum eſt: *longitudinem jecit*: Caſus quartus ab ipſo εδικε regitur: Jungendum autem cum hoc εδικε μακος ſequens ὑπερ ἁπαντας: χερα κυκλωσας per ſe ſubſiſtit: Interpretes vulgo non bene. 89 Παραιθυξε μεγαν] Παραιθυξε

ραιθυξε rectius, quam παρεθηξε: Nam & ſecretius eſt, & Metro convenientius: Omnes Antiſpaſti in his a Jambis incipiunt: Cur id mutandum? 92. Αειδετο δε παν τεμενος] An ex hoc αειδετο ſumſerunt Critici V. 84. ſuum αειδετο? 95. Επωνυμιαν χαριν νικας αγερωχυ] Colon hoc ab omnibus ſibi oppoſitis diſcrepat: Nam pro Jonico a minore habet Epitritum primum: An ita ipſe Poëta? Cras credam, non hodie: Locus eſt corruptus, & ſuſpicionem adferam, quæ vera videtur: Scribendum conjicio, Επωνυμιαν, Χαρι, νικας αγερωχυ: Ipſam *Gratiam* alloquitur, & propter inſtitutum feſtum, & propter Epinicium Ageſidamo debitum & nunc ſolutum: Hoc & Metro amicum, & ſententiæ conveniens: Quid enim επωνυμιαν χαριν νικας αγερωχυ? An quod Interpretes vacillantes narrant? Sic επωνυμον ſcribendum fuiſſet, non επωνυμιαν, quod nomen ſubſtantivum eſt, non nomen adjectivum: Attende: Hoc præter Metrum aperte ſtatuminat ſuſpicionem noſtram: Κελαδησομεθα, Χαρι, ut grati nunc recolamus temporis antiqui memoriam grate, επωνυμιαν νικας αγερωχου, id eſt, επωνυμον νικαν αγερωχον: Hoc facile, & ut Metro, ita & ſententiæ accommodum.

96. Κελαδησομεθα, βροντὰν και πυρπαλαμον βελος] βρονταν pro quarto caſu habent: Male: Sic enim verba cohærent male: Scribe Κελαδησομεθα, βροντᾶν και πυρπαλαμον βελος:

ut βροντᾶν sit genitivus pluralis Dorice: βροντᾶν πυρπαλαμον βελος Διος grandius dictum a Pindaro, qui talia captabat: De uno fulmine sermonem esse apparet ex sequenti, αιθωνα κεραυνον αραροτα & ἁπαντι κρατει, quod appositio & præcedentis est επεξηγησις: Vident omnes. 103. ἡκοντι νεοτατι Τοπαλιν ηδη, μαλα δε &c.] ἡκοντι ad πατρι referendum est, qui sane ἡκειν νεοτατι sic satis jejune dicitur, inprimis si ipsum νεοτατι consideres cum ἡκοντι junctum: Vix dubito, quin leve mendum irrepserit, & legendum sit, Αλλ' ὡς τε παις εξ αλοχου πατρι Ποσθεινος ἡκων, τι νεοτατι Τοπαλιν ηδη, μαλα δε τοι θερ- μαινει φιλοτατι νοον· Sic sententia apta est, & post τι sequitur perbene μαλα δε: Attende, mihi suffragaberis. 108. Θρασκοντι σ]υγερωτατος] Variat Antispastus, ut vides: Similis ille Coli 58. Ubi bonus Schmidius primam in Τιμασας corripiebat, ut hic primam in Θρασκοντι corripit, ne dissimiles adessent: Nihil ineptius & imperitius: Θανοντι non adamabat sententia: Ideo Θρασκοντι sumsit Poëta. 115. εχοντι δ' ευρυ κλεος Κορai Πιεριδες Διος] Repete τιν απο κοινου: εχοντι τιν Πιεριδες ευρυ κλεος: Habent vero Pierides famam amplam, qua te celebrent: εχοντι pro παρεχοντι nimis durum videtur mihi: Aldus τρεφοντι pro εχοντι: quod eodem spectat, sed Metro obest: Scholiastæ αυξουσι id interpretatur. 120. γα-

τον

τον δ' Αρχεστρατου αινησα· τον ειδον] Ægrotat Colon in Syzygia Jambica, quæ Jambum in primo, Spondeum in ſecundo loco habet, contra Jamborum leges, & Antitheticorum normam: Legendum eſt trajecta voce, μελιτι Δ' ευανορα πολιν καταβρεχων, παιδα Αρχεστρατου ερατον αινησα· τον ειδον: Sic Metrum reſplendeſcit: Nam Tribrachys recte opponitur Anapæſto, nec Syzygia Jambica hæc longior eſt illa, quam Antithetica exhibent: Id certum, & pueri vident, ſi digitos conſulant: Schmidius & Editores Angli de Metro balbutiunt miſere: Notas modo inſpice: δ', quod hic poſt ερατον adeſt, ab aliis editis exulat, nec locum habere poteſt, ubi poſt μελιτι præceſſit: Et ſic Syzygia Jambica non ægrotat, ſed plane nulla eſt. 123. ἀ, τ' αναι- δεα Γανυμηδει τον ποτμον α-] Aldina, Romana, & pleræque Editiones aliæ pro τον ποτμον legunt θανατον: Sic Jambicum Dimetrum quidem exit, ſed quod ab Antitheticis nimium diſcrepat: Quare τον ποτμον ſcribendum abſque dubio, & θανατον habendum pro interpretamento: Poſtremam in αναιδεα hic produxit Pindarus Atticorum more, ut Grammatici volunt: αναιδης, αναιδεια, αναιδεα: Qui accentus amant, pro δέα hic ſcribere debent δεᾶ, ut de productione conſtet: Nunc pedes hujus Coli ab aliorum oppoſitis discrepant.

ODE XI.

Col. 1. Εστιν ανθρωποις ανεμων ὁτε πλειστα] Non placent, quæ Metricus de his primis Colis ſcribit: Jejuna enim ſunt & coacta: Dabo meliora: Colon hoc Aſynartetum eſt, vel ex Monometro Trochaico Acatalecto & Dactylico Trimetro, vel ex Trochaico Penthemimeri & Penthemimeri Anapæſtico: Id planum & perſpicuum. 2. Χρησις· εστιν δ' ουρανιων ὑδατων] Simile Colon Od. 8. V. 4. Ubi Metrici Epichoriambicum Pindaricum non improbavimus: Id tamen revera etiam pravum; quia Sapphicum Hendecaſyllabum, ad quod Pindaricum referunt Magiſtri, in καταλειδι ipſo Dijambo etiam Choriambicum eſt, & Anapæſtus ibi pro Dijambo, nec ad Jambicum, nec ad Trochaicum accedens, turbat totius Coli menſuram: Quare nullus ego dubito, quin Pindarus iſta pangens, de Sapphico non cogitaverit, & in animo habuerit Aſynartetum vel ex Monometro Trochaico & Penthemimeri Dactylico, vel ex Penthemimeri Trochaico & Monometro Anapæſtico: Sic turbæ ceſſant omnes.

3. Ομβριων παιδων Νεφελας] Epichoriambicum Dimetrum Acatalectum, aut Trochaicum Hepthemimeres. 4. Ει δε συν πονῳ τις ευ πρασσοι, μελιγαρυες ὑμνοι] Recte Metricus, μικτον εκ διμετρου τροχαϊκου, και ἡμισεως επους: μικρον pro μικτον eſt Operarum error.

5.

5. Υστερων αρχαι λογων τελλεται] τελλεῖαι cum μελιγαρυες ὕμνοι inepte jungunt multi, ut ſic Pindaricum σχημα ſibi fingant, quod nunquam in mentem venit, aut venire potuit Vati erudito: Haud dubie diſtinguendum, μελιγαρυες ὕμνοι Υστερων αρχαι λογων, τελλεται Και πιστον ὁρκιον μεγαλαις αρεταις: ut verbum, quod in primo articulo ſtare debuiſſet, ſtet in ſecundo articulo, & figura exeat Alcmanicæ contraria: Nihil facilius: Commune igitur eſt τελλεται articulo primo, & vi ſua ibi adeſt: Metri neceſſitas ad talia, longeque duriora, adigit Poëtas: Id ſciunt, qui in his paulo ſunt exercitatiores: Bonus Schmidius legens perquam languide μελιγαρυς ἀοιδη, ei apponebat αρχαι: ſic malum commutans malo: Lepide nonne? 6. Και πιστον ὁρκιον μεγαλαις αρεταις] Metricus, ιαμβικον τριμετρον ακαταληκτον, η ιαμβελεγος. Jambelegum malo & tibi commendo: Duo Anapæſti juncti non ita placent in Pindaro: τριμετρον ακαταληκτον corruptum eſt, & ſcribendum τριμετρον βραχυκαταληκτον: Tyrones vident.

15. Ζεφυριων Λοκρων γενεαν αλεγων] Colon ſimile Colo Strophæ ſecundo: Trochæus primus in Tribrachyn eſt reſolutus. 16. Ενθα συγκωμαξατ'. Εγγυασομαι Μη μιν, ω Μοισαι, φυγοξενον στρατον, Μηδ' &c.] Peſſima diſtinctio: Nam συγκωμαξατ' ω Μοισαι cohæret, & εγγυασομαι μη μιν, κατ' ὑπερβατον interponitur: συγκωμαξατ' ω Μοισαι· εγγυασομαι μη

μιν αφιξεσθαι &c. Distinctionem igitur ita corrige: μιν ad γενεαν se refert, & φυγοξενον στρατον cum sociis appositio est: Interpres hic & Demetrius imperite μιν cum φυγοξενον στρατον jungunt: Nam sic balbutit oratio, & Μη τιν', ω Μοισαι, φυγοξενον στρατον scribere debuisset Pindarus. 19. Ακροσοφον δε και αιχματαν αφιξεσθαι. Το γαρ] Metricus, εγκωμιολογικον, επιλαμβανον: quia Dactylum postremum Dactylis præcedentibus adsumit, επιλαμβανει: Encomiologicum est Ακροσοφον δε και αιχματαν αφιξε: huic accedit σθαι το γαρ, & abisto Dactylo επιληψις: Commentum Grammatici etiam est futile: Colon est Asynartetum, vel ex Dactylico Penthemimeri & Jambico Dimetro Acatalecto, vel ex Dactylico Trimetro Acatalecto & Trochaico Hepthemimeri. 21. Ουτ' εριβρομοι λεοντες, Διαλλαξαιντο ηθος] Bonum est Colon primum: secundum, pravum: Metricus, Το θ, Ευριπιδειον. Το ι, τροχαϊκον διμετρον ακαταληκτον: Legit in Libris suis, & ita nunc legendum denuo, Ουτ' εριβρομοι λεον- τες διαλλαξαιντο ηθος: Sic utrumque Colon bonum est, & mensuram istam Metrici exhibet: Quid tibi videtur de Schmidio; de Editoribus aliis? In MS. Bodl. A. & C. 71. ita etiam legi annotant; & tamen vulgatas cantarunt nænias.

ODE

ODE XII.

Col. 1. Λισσομαι παι Ζηνος Ελευθεριω] Metricus, ιαμβελεγος λειπουσης της πρωτης συλλαβης· η τω τελως καταλειμενου επι την αρχην: Plane ineptum est illud posterius, η του τελους &c. Nam si syllabam a fine ad principium Coli transferas, Elegiacum syllaba caret: Exemplum, quo syllaba a fine ad principium transferri posset, habes hic Versu sexto, & in Oda præcedenti habuimus Versu primo: Quale sit Colon hoc, ibi diximus: Ψε, quod ante Λισσομαι extabat in uno Libro Palatino, dignum est Morbonia: Nam & sententiam, & Metrum vitiat: Una Τυχα Σωτειρα hic invocatur: Id certius certo: Non convenit igitur Ψε, quod alteram adjungit uni, quæ nusquam est: An Imperiti apud Metricum legentes illud λειπουσης της πρωτης συλλαβης, Σε forte adjecerunt, ex quo factum deinde Ψε? Potest: Illud evidens, ipsum Scholiastam de una etiam cogitasse, non de duabus: Nam eo aperte pertinet ικετευω συ σε: Neque obstat, quod Ειρηνης meminerit: Nam sic interpretando vocat ipsam Τυχαν Σωτειραν, cujus beneficium omne hic in restituta pace: Quare paulo liberior quidem, sed peraccommoda est interpretatio illa: Neque ambigere debuissent Interpretes, ubi istam Ειρηνην suam filiam facit Ελευθεριου Διος, & sic non obscure declarat se de ipsa Τυχη Pindarica sentire: Nihil perspicuum magis.

2. Ἱμερᾳ ευρυσθενε' αμ-] ευρυσθενε' dictum putant pro ευρυσθενει vel ευρυσθενεϊ: Quo jure ignoro: Nam talis Apocope exemplo caret: Tu ea omissa scribe Ἱμερᾳ ευρυσθενει αμ-: Nam Diphthongus nihilominus recte corripitur a vocali sequente: Pueri sciunt: Metrico Colon est Epichoriambicum: Ego malo fere Trochaicum Hepthemimeres.

3. Φι πολει] λισσομαι αμφι πολει: Optime: De alia lectione non cogitandum.

6. Καγοραι βουλαφοροι &c.] De Metro diximus ad Od. præced. 7. ται δ' αυ κατω] Ita recte Schmidius: Aldina, Romana, Editionesque aliæ ante eum cum Versus Trochaici pernicie, τα δ' αυ κατω. 20. Ενδομαχας ἀτ' αλεκτωρ] ενδομαχας optimum est, & Erasmus in ενδομυχας male mutat: Sic enim sententia & comparatio vim omnem amittit: Quin & ενδομυχος, non ενδομυχας Græce dicitur: Et dubito summopere an id mutasset Pindarus. 23. Ει μη στασις αντιαειρα] Metricus, προσοδιακον και συλλαβη: Vocula excidit, credo, & legendum, προσοδιακον διμέτρον και συλλαβη: Esse etiam potest Anapæsticum Hepthemimeres. 26. 27. Και δις εν Πυθωνι &c] Trochaica: In Stesichoreo puro Trochæi & Spondei alternant: Metricus breviter: quem sic verbo illustro: Θερμα Νυμφαν λετρα βαστάζεις, ut Atlas βαστάζει ουρανον: Fulcimen es thermarum & urbis.

27. ὁμιλε- ων παρ' οικειαις αρουραις] Vix pla-

placet de loco, quem adierat, ut inquilinus, relicta patria: An ſcribendum ὁμιλε- ων παροικειαις αρυραις, una voce? Non diſplicet, præcipue in Pindaro, qui ut οικειος dicitur de patriis, ita παροικειος dicere potuit de incolatu acquiſitis: Imo id elegans & eruditum: Nam ſic poſt αμεσσε πατρας honeſte Ergotelis παροικιας meminit: Non erant αρουραι οικειαι, ſed παροικειαι; quæ juxta patrias erant & patriis æquales: Ad παρα & ejus σημασιαν attende: ὁμιλειν παρ' αρουραις etiam rudius eſt: ὁμιλειν αρουραις contra venuſtum.

ODE XIII.

Col. 1. Τρισολυμπιονικαν επαινεων] Metricus, ανλισπαστικον, τριμετρον καταληκτικον, απο πρωτυ ποδος αδιαφορυ και τροχαιυ. ὁ τριτος πυς παρηνομηθη. ὁ γαρ αντισπαστος απο β, τροχαιυ, ὁπερ πασχει κατα μεσον: Tertius Antiſpaſtus incipit a Trochæo: Id improbat Magiſter, nullo jure: Nam Ditrochæus Antiſpaſtus eſt bonus: Habuimus in præcedentibus, ipſeque Metricus probavit: Sed non ab iisdem hæc Metrica: β τροχαιος eſt αινε: Et ſic Antiſpaſtus *patitur in medio:* νε eſt τυ αινεων medium: & τροχαιος β, Trochæus alter poſt καν ε: Moneo in gratiam rudiorum, qui iſta non intelligunt. 2. Οικον αμεσσον αστοις] Metricus, φερεκρατειον: Sic Ditrochæum habuit ille pro Antiſpaſto bono: Alter Colon dixiſſet forte Aſynartetum Catalecticum, ex Mono-

metro Trochaico & Monometro Jambico.

3. Ξενοισι δε θεραποντα, γνωσομαι] Metricus, ιαμβος τριμετρος βραχυκαταληκτος. ὁ β, πυς ἀπανταχυ βραχυς: Scribe ἀπανταχου τριβραχυς. 5. Περθυγον Ποτειδανος, αγλαοκουρον] Metricus, διπλη περιοδος. και διπλους ιαμβος αρχομενος: Periodicum a Jambis incipiens, & in Jambos desinens, interposita Syzygia Trochaica: Inde διπλη περιοδος: Non obloquor: Hoc tamen Colon etiam commode pro Antispastico Trimetro Acatalecto haberi potest, interjecta Syzygia Jambica ἑπτασημῳ. 6. Εν τα γας Ευνομια ναιειν κασιγνη-] Metricus, επιωνικον τριμετρον ακαταληκτον απο ιαμβικου, και Ιωνικου απ' ελασσονος, και τροχαϊκης συλλαβης της οικειας: Vitium apertum: Scribe saltem, και τροχαϊκης συζυγιας της οικειας. Pro Εν τα γαρ Ευνομια Alii Εν τα δε Ευνομια: Utrumque bonum. 8. Ασφαλες βαθρον, και ὁμο-] Metricus, επιχοριαμβικον, απο διποδιας τροχαϊκης χοριαμβικης και χοριαμβου της και βραχειας ουσης δια την καταληξιν: Hæc etiam vitiata sunt: Lege trajecta voce, απο διποδιας τροχαϊκης και χοριαμβου, της χοριαμβικης και βραχειας ουσης δια την καταληξιν: Colon etiam esse potest Trochaicum Hepthemimeres: Perquam ridicule Schmidius ob Metrum Librorum omnium lectionem constantissimam mutavit, & pro ται τε, βαθρον πολιων Ασφαλης Δικα, και ὁμο-, scripsit ται τε, Δικα πολιων Ασφαλες βαθρον, και ὁμο-: Nam utrumque Metro ad amussim congruit, & ipsi pueri sciunt primam in βαθρον esse an-

ancipitem: Monere pudet: Cave igitur, mutes: βαθρον πολιων nomini Δικης recte præmiſſum, quia ὁμοτροπος ſequitur de Ειρανᾳ; & eadem de cauſa Ασφαλης a βαθρῳ Poëtice translatum ad Δικαν: Qui talia contrectant, judicio carent & Poëtarum ſcripta e manibus deponere debent: Sed ita ſapiunt Naſutuli: ὁμοτροφος etiam placebat illis pro ὁμοτροπος: Quis credat, niſi oculis videret? 10. Ανδρασι πλουτου, χρυσεαι] Metricus, Ευριπιδειον. αἱ δε αποδοσεις, επει μονοσυλλαβοι εισιν Ιωνικαι απ' ελασσονος: Euripideum pueri vident: Sed quid reliqua? Dicam: Ad præcedens προσοδιακον η αναπαιϛικον pertinet, & legendum, αἱ δε αποδοσεις, επει ὁμοιοσυλλαβοι εισιν Ιωνικαι απ' ελασσονος: Anapæſtus & Jonicus a minore ſunt ὁμοιοσυλλαβοι, & inde αποδοσεις ac retributiones illæ: Quid dicat Metricus, nunc quisque videt: Hoc Euripideum etiam Proſodiacum eſſe poteſt, ſed ανακλωμενον, ut loquuntur Magiſtri, quia Choriambus præcedit Jonicum. 11. Παιδες ευβουλου Θεμιτος] Metricus, η χοριαμβος, η τροχαιος επίτριτος: χοριαμβος hic eſt pro επιχοριαμβος vel επιχοριαμβικον: τροχαιος επιτριτος eſt Trochaicum Hepthemimeres: Et ſic dicit Metricus de Colo hoc, quod ego dixi de Colo 8. præcedente. 12 Εθελοντι δ' αλεξειν ὑβριν, χορου Ματερα θρασυμυθον] Perplexum eſt χορου ματερα θρασυμυθον, quicquid cum Interpretibus comminiſcaris: Stephanus legebat φθορου Ματερα θρασυμυθον: Potuis-

tuisset acutius & convenientius, κοτου Μαλτ. ga θρασυμυθον: Id vident omnes: An ita scriptum ab ipso Vate? 25. Ται Διωνυσου πυθεν εξεφανεν] Metricus το αυτο, ad præcedens εγκωμιολογικον: Inepte, & quid pro quo scriptum: Ad mentem Metrici est ιαμβελεγος, λειπουσης της πρωτης συλλαβης: Mihi est Anynartetum, de quo ad Versum 2. Od. XI. Sed peccat εξεφανεν, cujus penultima longa est, ab εξεφηνα: Legendum, ut Metro bene sit, vel εξεφανον, vel εξεφανεν: Aldus proxime ad verum εξεφανε: An id pro Schemate Pindarico habuerunt etiam Ineptuli? χαρίτες εξεφανε pro χαριτες εξεφανον. 26. Συν βοηλατᾳ χαριτες] Metricus, ὁμοιον τῳ α της στροφης: Quod manifeste corruptum est: Scribe, ὁμοιον τῳ η της στροφης: Colon octavum Strophæ Epichoriambicum vel Trochaicum est: Syzygia Trochaica in his Epodi variat, & vel Ditrochæus est, vel Epitritus secundus: eademque variatio in Strophicis: Metricus in prima stropha Ditrochæum invenit, qui etiam est in hac Epodo prima; & sic Ασφαλης Δικα, και ομο- ibi legit, ut legerunt omnes cum Libris, quotquot erant: Bonus tamen Schmidius ideo etiam suo arbitrio refixit Librorum decreta: Quicquamne ineptius? Monere omisi ad Stropham: Διθυραμβῳ βοηλατᾳ de præmio quoque dictum autumo: Dithyrambo, qui bovem abigit victori, vel bovem ad victorem agit. 27. Διθυραμβῳ; τις δε ἱππει-] Metricus, Ιωνικον διμετρον

τρον ακαταληκτον: Nihil falsius: Est Trochaicum Dimetrum Acatalectum: An Ineptulus primam in Διθυραμβω corripuit, & sic Jonicum hic confinxit sibi? Potest. Alias scribendum forte, τροχαϊκον διμετρον ακαταληκτον, ut culpa sit penes Amanuenses: Pro τις δε ἱππει- Aldina τις γαρ ἱππει-: quæ lectio etiam in Scholiis. 28. οις εν εντεσσιν μετρα] Recte Benedictus, τας εν ἱππειοις ὁπλοις συμμετριας: εντεα tamen generalius ad *currus* etiam extendi potest: ἱππεια εντεα, quicquid ad rem equestrem, & ea, quibus instructior est equus, pertinet: Didymus cum subtilissimis suis commentis risum meretur: Et risum etiam meretur, quod de Didymi sententia narrat Schmidius: Dores εν pro εις utuntur: Id captabat etiam Grammaticus hic, ut Scholiastes diserte monet: ὁ Διδυμος ἑτεραν αποδιδωσιν οὑτως εχουσαν. την εν προθεσιν, αντι του εις κειμενην, συναπτεον προς τα μετρα: εν *præpositionem pro* εις *positam:* Tyrones intelligunt: Quid tamen Schmidius? Scribit, *Lectionem, quam Didymus adfert,* ἱππειοις εν προθεσιν pro εις προθεσιν, *vel metrum solum rejicit:* Nonne perquam ridicule?

31. μου εθηκ'; Εν δε Μοισ' ἀδυπνοος] Metricus, επιωνικον ατακτον. ὁ γαρ β, σποντειος εστιν, ειτα ἡμισυ συζυγιας: Obscurum hoc, & mutilatum: Scribe, ὁ γαρ β, ιαμβος, σποντειος εστιν: Pro altero Jambo est Spondeus: δε Μοισ' αδυπνοος alterius Jonici est dimidium: Sic perspicua sunt ista: Reliqua, γινεται δε επι τοις επιω-

επιωνικοις ἡ αταξια. ὡς εν τῳ· Ω καλλιστη πολι πασων ὁποσας κλεων εφορᾳ, non reſpiciunt Verſum hunc, ſed in genere notantur de Epionicis, in quibus magna ſæpe licentia: Lege igitur, γινεται δε επι τοις επιωνικοις πολλη αἰαξια· ὡς εν τῳ· Ω καλλιστη &c. Junge Hephæſtionem pag. 60. unde hæc petita: Illud addam: Non neceſſe, ut επιωνικον ſumamus ατακτον: Nam Colon commode Antiſpaſticum Dimetrum Hypercataleƈtum eſſe poteſt, poſito Antiſpaſto quinqueſyllabo in principio: idque præferendum haud dubie.

33. Ουλιαις αιχμαισιν] *Perniciosis mucronibus*; *perniciosis haſtis*; quæ ſunt flores in horto Martis. 34. Υπατ' ευρυ ανασσων Ολυμπιας] Υπατ' Ολυμπιας, ευρυ ανασσων: Ita conſtruendum. 53. τρια μαν Εργα πο- δαρκης ἁμερα Θηκε καλλιϛ' αμφι κομαις] τρια εργα, *tres coronas*: εργον, παν το εργασθεν: Heſychius, Εργον, ενωτιον: Plura alias: Interpretes ineptiunt. 59. Τερψια θ' ἑψοντ' Εριτι- μῳ τ' αοιδαι] De lectione hujus loci olim diſceptatum: Haud dubie vera eſt, quam hic habemus: Nam & abſtruſior eſt fideque hiſtorica nititur, & aperte eam requirit verborum cohærentia: Ineptit enim Πτοιοδωρῳ συν πατρι, ſi Τερψια θ', Εριτιμῳ τ' non ſequatur: Id vident, qui vel modice attendunt: Cum Ptœodoro igitur Theſſali patre Iſthmia vicerant Terpſias ille & Eritimus: quos eo nomine adhuc celebrare debebat

bebat Poëta: Eo enim pertinet ἐψοντο μακροτεραι ἀοιδαι: Prolixiora & magis extenſa carmina: Niſi forte legendum ἐψαντ': quod Encomia illis jam cantata deſignaret: Res eſt ambigua, & ſi Iſthmia haberemus omnia, confirmatius de ea poſſemus loqui: Quanquam & ſic promittere potuiſſet Vates, quod non præſtitit: Sed ubi ad ἀριστευσατε & hanc ipſam Oden attendimus, probabilius fere eſt ἐψαντο, quam ἐψοντο. 64. ὡς μαν σαφες Ουκ αν ειδειην &c.] Si ad hæc attendas, pro πολεσιν rectius longe ſcripſiſſet Poëta παντεσι: Sed Metrum obſtitit: & inde temperamentum: Eadem de cauſa παυρος alibi ſumtum pro μηδεις &c. Sciunt, qui paulo attentius hæc legerunt. 69. Εγω δε ιδιος εν κοινῳ ϛαλεις, Μητιν τε γαρυων &c.] Recte εν κοινῳ ad γαρυων referunt quidam: Nam εν κοινῳ ϛαλεις non recte dicitur: Diſtinctionem igitur tolle poſt ϛαλεις, ut de Hyperbato conſtet. 78. Τα δε και ποτ' εν αλκᾳ πρὸ Δαρδανυ &c.] Τα δε accurate ſeparandum a ſequentibus: Scriptum enim pro Εκεινα δε: *Illa vero*, quod attinet: ſcilicet *opera bellica:* De *prudentia* enim locutus fuerat, Siſyphum & Medeam celebrans; atque adeo ad alteram laudationis partem tranſire debebat: Σισυφον μεν και Μηδειαν: Τα δε: Particulæ μεν & δε monſtrant nexum, & μητιν τε πολεμον τε præceſſerat: Iſta igitur quod attinet; και ποτ' εν αλκᾳ — εδοκησαν, τοι μεν — οι δε: Cohæ-

Cohærent illa arcte, & verba ſic perſpicua ſunt: Interpretes balbutiunt. 85. Τοισι μεν εξευχετ', εν α-] Metrum Epichoriambicum vel Trochaicum certo requirit μαν pro μεν: Et ſic recte Schmidius ſyllabas ponderans. 100. Κυαναιγις εν ορφνᾳ κνωσσοντι οἱ] Si ita ſcripſit Poëta, Verſus dedit plane diſſonos, & Antiſpaſticum ατακτον oppoſuit Antiſpaſticis καθαροις: Res eſt evidens: Idne feciſſe eum dicemus? Haud puto, & Amanuenſes mutaſſe, quod ille ſcripſerat, prorſus mihi perſuadeo: Scribe, Κυαναιγις εν ορφνᾳ ὑπνωντι οἱ: Voces ſunt affines, & prima in ὑπνωντι eſt anceps: Sed addam aliud, quod nunc mihi opportune in mentem venit: κνωσσειν haud dubie eſt a ſono, quem edunt ſtertentes: Apud Heſychium autem legimus, Κνυξ, ὁ εκ τυ αξονος ηχος, λεγεται δε και κνοη, και ὁ των ποδων ψοφος, ὡς Αισχυλος Σφιγγι: κνοος, κνυξ, κνοη: Inde perbene fit κνοαω: An verbum illud hic habemus, & legendum κνοωντι οἱ? Id hercule non diſplicet: Sic autem κνωσσοντι eſt ejus interpretatio, & illud ipſum a κνοαω optime deducitur: κνοαω, κνοω, κνωσσω: Quid ais? Sic locus minima mutatione reſtituitur, & Lingua eadem opera ditior evadit: Imo hoc nunc unice placet mihi. 101. τοσα ειπειν] Ita ſine dubio ſcribendum ob Metrum. 111. Δαμασιφρονα χρυσον. Ενυπνιῳ] Plerique Editi & Libri MSS. Δαμασιφρονα χρυσον. Ενυπνιῳ: quod

quod ſententia amat, ſed Verſus reſpuit: Scribendum cum fulcro, Δαμασιφρονα χρυσοπ' γ'. Ενυπτιῳ: Nihil apertius. 114. Καρταιποδ' αυρυη Γεαοχῳ] Mera barbaries, quam Schmidius invexit, ut Metrum ſuum curaret: Alii Editi cum Libris MSS. Καρταιποδ' αυερυη Γεαοχῳ: Recte, ſi αυ ερυη ſcribas disjunctim, uti ubique ſcribendum eſt: Nam & Anapæſtus ερυη in loco tertio Jambici commode opponitur Jambo; & ποδ' αυ ε perbene pro Tribrache haberi poteſt, qui Jambo par, in loco ſecundo: Periti ſciunt, & bonus ſyllabarum menſor id ignorabat propter imperitiam ipſius Metri: Unus Aldus pro αυεϱυη habet αναϱυη: Voluit, credo, ανεϱυη: quæ διτλογϱαφια eſt nota, & omnem etiam barbariem a Verſu abigit: Ego αυ ερυη & hic, & alibi præfero. 115. Θεμεν Ιπτειᾳ βωμος ευθυς Αθανᾳ] Media in Ιπτειᾳ corripitur a vocali ſequente: Ms. Bodl. & α. Ιπτιᾳ: quod apertius Metrum ſervat, & hic præſtat fere. 117. κουφαν κτισιν γ'] Ad κουφαν Emphatice appoſitum πληροι: Eruditus ore in primis fuit Poëta: Animus eſt ubique advertendus. 121. αμφι γενυ] Decurtate pro αμφι γενυϊ: Talia plura ſunt in Poëtarum ſcriptis propter αναγκην Metricam: Et nec γενυι in Diſſyllabum contracto, nec αμφι γενυν indigemus: Aldus plene γενυϊ, idque in Bodl. etiam erat. 125. Αιθερος ψυχρας απο κολ- πων ερημυ] Ad Bellero-

phontem & βαλλων pertinent: Ex alto contra Amazonas pugnabat Bellerophon: Paraphraſtes ridicule ad Amazonas refert: Verbo moneo. 130. Διασιγασομαι αυτῳ μοgον] Aldus, Διασωπασομαι ὁι μοgον εγω: Sic Synizeſis eſt in Διασωπασομαι pro Διασιωπασομαι, & pro Spondeo eſt Dactylus in Jambico, aut Antiſpaſtus alter quinqueſyllabus pro quadriſyllabo in Antiſpaſtico: Vide quæ de menſura diximus ad primam Epodum: Et hæc paulo duriora ſane, ſed non illicita aut prava: Visne aliquid, quod talia mihi ſuggerunt? Liberior forte fuit Pindarus in Libris Antiquis, quam nunc eſt in Libris Noſtris, & multa a Naſutulis mutata, ut plane conſona haberent in oppoſitis: Illud certum, in Antiquioribus Membranis pro Διασωπασομαι adfuiſſe ipſum Διασιωπασομαι, contrahendum in pronunciando ad iſtum modum: Nam ita Græci, quibus labia erant vere Græca. 131. Φατναι. Ζηνος αgχειαι δεχονται] Ita Aldus & plerique Editores: Alii αρχαιαι: αρχειαι pro αρχαιαι Pindarice dictum putant Interpretes: An recte, dubito: Diſtinguendum forte inter αρχαιαι & αρχειαι, ut hoc poſterius ab αρχη veniat ea notione, qua pro imperio & principatu dicitur: αρχη, αρχειος, ut αρχη, αgχειον: principalia, regia Jovis præſepia: Id longe dignius certe hic, quam præſepia Jovis antiqua: Attende; placebit, credo. 135. καρτυνειν χεροιν] ερειδειν

δια

δια των χειρων recte exponit Scholiaſtes νεωτερος: *valide mittere*, *ingerere manibus*: Pindaricum. 136. Μοισαις γαρ αγλαοθρονοις εκων, Ολιγαιθιδαισιν τ' εβαν επικουρος] εκων eſt *volens*, non *cedens*, & ſumitur proprie: επικουρος autem hic ὑπηρετης, ut eſt in Scholiis Antiquis; & non modo de Ολιγαιθιδαισιν, ſed etiam de Muſis dictum æquo jure: Copula ſcilicet poſt Ολιγαιθιδαισιν ſtat, & iſtam communionem aperte indicat: Interpretes non bene. 138. Ισθμοι, τα τ' εν Νεμεᾳ] Ισθμοι arcte copulandum cum επικουρος εβαν, & ſimiliter etiam ſequens τα τ' εν Νεμεᾳ: Prius locum, poſterius cum loco res memorat, & iſta diverſitas non indigna eſt Pindaro: Interpretes verba ita conſtituunt per Ellipſin, ut non poſſint non perplexa evadere: Sic ſcripſiſſet Poëta, Ισθμοι τ' ἀ τ' εν Νεμεᾳ, ut ἀ cum copula præcedenti etiam ad Ισθμοι ſe referret: Periti vident: Erunt, qui ita malent, & Ισθμοι τ' pro Ισθμοι θ', Naſutulos fallens, errorem induxiſſe exiſtimabunt levem: Non obloquor, ita ſentiant, ſi velint: Res minima eſt. 139. αλαθης τε μοι εξορκος επεσσεται] εξορκος pro ὁρκος nota: Rariſſimum eſt & μονηρες fortaſſe: Quanquam dubito, an non legendum ſit, αλαθης μοι εξ ὁρκος επεσσεται, ut εξ pro εξω poſitum ſit, & indicet *jusjurandum verum publice ſe ſecuturum*: εξαγγελος Heſychio, ut notum, αγγελος, ὁ τα εσω γεγονοτα τοις εξω αγγελ-

γελλων: In iſta voce εξ ita ſumitur: Quin & εξορκος ſic manere poteſt junctum, ut publicum intelligatur juzjurandum, quod palam profertur omnibus: Attende: Sic vocis Energiam adſequi potes. 149. Διι τουτ' Ενυαλιῳ τ' εκδωσομεν πρασ-] Διι τουτ' Anapæſtus eſt in διποδια Jambica pro Spondeo: Nihil certius: Schmidium cum duriſſima ſua synizeſi rideo: Mox ipſe Tribrachyn pro Trochæo admittit in πολιες. 151. ὁσ- σα. και εν Θηβαις, ὁσα τε Αρκασ' ανασσων &c.] Hæc male copulantur: Diſtinguu, ὁσ σα και εν Θηβαις. ὁσα τε Αρκασ' &c. Priora dicuntur θαυμαστικως absque verbo: Poſterius a μαρτυρησει pendet: Quin & rectius pro ὁσα τε ſic legeretur ſane ὁσα δε: Attende. 154. Λυκαιω βωμος αναξ, Πελλανα τε, και &c.] Paulo plenius diſtinguendum poſt αναξ: Sequentia enim cohærere non poſſunt arcte: βωμος αναξ ad ανασσων, dicitur erudite & Emphatice: Ad talia attendendum, quia Poëtam χαρακτηριζουσι: Αρκασ' ανασσων, id verbo addam propter Interpretes, ſcriptum pro εν Αρκασιν ανασσων: Locus victoriæ notatur ſcilicet: Sed quid ανασσων? quo pertinet? An ad Xenophontem? Id numerus ſingulus jubet: Et tamen falſiſſimum ſimul & ineptiſſimum eſt: Nam ille tot victoriis per totam Græciam non erat inſignis: Quid multa? De Xenophontis familia hic agitur, & legendum eſt absque dubio

dubio ανασσον, pro ηνασσον, abjecto augmento in gratiam Metri: Sic nihil accommodatius etiam, ad ipsam Syntaxin: Vitium est longe apertissimum, quod omnes præterierunt, & ego hic paulo festinantior, etiam præteriissem fere. 162. η ὡς ιδεμεν] η ὡς δυνασθαι ιδειν· η οὑτω· το πληθος &c. in Scholiis est Antiquis: Plura, quam oculus capere possit: Interpretes non bene. 163. Αλλα κουφοισιν εκνευσαι ποσιν] Colon a gemellis plane dissidet, & si ita scripsit Poëta, in Metrici αταχτοις commisit αταξιαν maximam: Sed Amanuenses loquuntur, & eorum negligentia est corrigenda: Scribe, Ανα κουφοισιν εκνευσαι ποσιν Ζευ τελει: Ανα Ζευ, *O Rex Jupiter:* Hoc & sententia & Metro convenientissimum, facileque ab imperitis corruptum: Scis, quomodo λ duplex pingatur. 164. Ζευ τελει, αιδω διδους] Ita perbene legitur: Imperite Camerarius, Ζευ τελε', αιδω διδους, vel αιδῳ τε διδους: Nam, ut nihil aliud dicam, istas ineptias aperte respuit Metrum: Aldus perperam Ζευ τελειε: Id hominem fefellit.

ODE XIV.

Ειδος Μονοστροφικον] Et quidem ανομοιον, absque ulla σχεσει: Cujus exemplum aliud in Pindaro hodie non extat. Col. 1. Καφησιων υδατων λαχοι-] Metricus, Σαπφικον εννεασυλλαβον: Recte, si Syzygiam Jambicam

in principio pro Syzygia Antiſpaſtica ſumas: Cur non dixit Jambicum Dimetrum Acatalectum: An Anapæſtum metuit in loco tertio? 2. σαι, αἱ τε ναιετε καλλιπωλον ἑ-] Metricus, φαλαικιον: Nihil in his, quod Phalæcium conſtituat: Legendum, ut Metricus legit, σαι, αἱ ναιετε καλλιπωλον ἑδραν: Aldus,

Καφησιων ὑδατων λαχοισαι,
Αι τε ναιετε καλλιπωλον ἑδραν,

Diſcreparunt Libri; & ſi iſtam ταξιν ſequaris, Colon prius eſt Jambicum Dimetrum Hypercatalectum; poſterius, Phalæcium: Metricus ita ordinare non potuit, ut εννεασυλλαβον probat, & αἱ pro αἱ τε legit in Colo altero, ut dixi. 3. δραν, ω λιπαρας αειδιμοι βασιλειαι] Metricus, εκ χοριαμβω και Ιωνικω απ' ελασσονος τριμετρον ακαταληκτον: Mutilus eſt, & ipſe ſcripſit, εκ χοριαμβω, διιαμβω και Ιωνικω απ' &c. Pedes autem enumeravit male: Nam ita Choriambi & Jonici non nectuntur: Colon eſt Choriambicum Trimetrum Catalecticum: Choriambum ſcilicet ſequuntur Jambica, & βασιλει eſt pro Jambo: Metricus, ut vides, ſic ad Colon præcedens retulit δραν: quod ſi cum Colo hoc nexum maneret, ex Choriambico Trimetro Catalectico efficeret Jambicum Trimetrum Catalecticum: Sic autem Colon præcedens cum σαι in principio, ut hic legitur, eſſet

esset Jambicum Trimetrum Brachycatalectum: In eo etiam discreparunt Libri: Neque id mirum, ubi αντιθετικον non aderat, quod modum ponere poterat. 4. Χαριτες Ορχομενυ] Metricus, Φερεκρατειον ατελες: Recte: Antispastus est quinquesyllabus. 5. Παλαιγονων Μινυαν επισκοποι] Metricus, επιωνικον απ' ελασσονος τριμετρον ακαταληκτον: Imo καταληκτικον: & ita scribendum: Addere debuisset ανακλωμενον: Nam ανακλασις est in επιτρ: Et ob ipsam illam ανακλασιν malo hic Colon Jambicum Trimetrum Brachycatalectum. 7. Συν γαρ υμιν τα τερπνα και τα γλυκεα] Metricus, εκ παιονων δυο, και αντισπαστικυ πενθημιμερες: Videtur Pæones pro Creticis sumsisse: Sic enim duos habere possumus Pæones Creticos, & Antispastum quinquesyllabum cum syllaba, qui Penthemimerem efficit: Συν γαρ υ | μιν τα τερπ | να και τα γλυκε | α: Sed ubi tale Metrum, & quale Colon? Balbutit Magister, & Colon est Periodicum Trimetrum Catalecticum, a Trochæis incipiens & in Jambos desinens: Pro πενθημιμερες scribendum est apud Metricum πενθημιμερυς. 9. Ει σοφος, ει καλος, ει τις αγλαος] Metricus, εκ δακτυλικης διποδιας και τροχαϊκης και ιαμβικης βασεως πενθημιμερες: Inepte: Scribe, και τροχαϊκης βασεως πενθημιμερες vel πενθημιμερους potius, abjecto και ιαμβικης, quod a manu imperita accessit, & Metrico tribuere nolo, quia nimis rude est: Colon sic Asynartetum di-

cendum ex Dactylico Dimetro Acatalecto & Penthemimeri Trochaico. 10. Ανηρ Ουτε γαρ Θεοι] Metricus, εξ αντισπαστου πεντασημου, και τροχαϊκης καταλειδος: καταλεις τροχαϊκη est Antiſpaſtus acciſus: Nam Ditrochæus eſt Antiſpaſtus bonus: Si aliter intellexit Magiſter, erravit: Quid πεντασημου? Neſcio & ſcribendum videtur επτασημου: Talis eſt Antiſpaſtus, producta prima in Ανης: Sed cur επτασημου ſumſit potius, quam εξασημου, correpta prima in Ανης? Id Myſticum, ut multa alia in Magiſtrorum ſcriptis: Ανερ. Ουτε Antiſpaſtus eſt πεντασημος: Sed ita Magiſtrum legiſſe hic, quis credat?
14. Ταμιαι εργων εν ουρανῳ] Jonicum Dimetrum Hypercatalectum cum Syzygia Trochaica: Metricus, εξ Ιωνικης βασεως απ' ελασσονος και τροχαιου, εφθημιμερες: Corrupte: Legendum, και τροχαιου πενθημιμερους: τροχαιου pro τροχαϊκου. 15. Χρυσοξοον θεμεναι] Metricus, Ιωνικον απ' ελασσονος εφθημιμερες: Χρυσοτοξον pro Syzygia Trochaica habuit, & θεμεναι pro Jonico mutilato: Sic Metrum eſt incertum & vagum: Tu igitur mecum Trochaicum Ithyphallicum ſume, correpta poſtrema.
16. Παρα Πυθιον Απολλωνα θρονους] Metricus, εξ Ιωνικης βασεως απ' ελασσονος και ιαμβικου ημιολιου ατακτου: Ιωνικην βασιν ſumſiſſe videtur quinqueſyllabam Παρα Πυθιον, reſoluta poſtrema: Sic Απολλωνα θρονους Jambicum eſt ημιολιον ex tribus pedibus Diſyllabis, cujus medius

dius λωνα fuit Metrico pro Spondeo: Alias Jambicum ον Απολλ habuiſſet triſyllabum Anapæſtum, & prò Jonico vero fuiſſet Pæon: Quod dubito, an voluit Magiſter: Qui tamen hic minus peritus, etiam ſumto primo: Nam Colon perſpicue eſt Anapæſticum Dimetrum Acatalectum, & nec Epionico puro, nec Epionico αταχλῳ indigemus.
17. Αεναον σεβοντι παλρος] Metricus, εκ χοριαμβικου και ιαμβικου εφθημιμερες: Corrupte iterum: Scribe, εξ χοριαμβου, και ιαμβικου πενθημιμερους: Menſura hic aliter indicatur, quam in ſuperioribus: Non unius ſcilicet ſunt hæc Metrica: Choriambicum Dimetrum Hypercatalectum omnes intelligunt ſtatim. 20. Τ' Ευφροσυνα, Θεων κρατισλε παιδες] Metricus, εκ χοριαμβε και ιαμβε ἑφθημιμερες: Lege iterum, και ιαμβε ἑφθημιμερους: Choriambicum Trimetrum Catalecticum: Quod etiam pro Trochaico Trimetro Brachycatalecto perbene haberi poteſt. 21. Επαχοοι νυν' Θαλια τε ε-] Metricus, Αλκμαιωνειον δεκασυλλαβον: Nomen nota vulgo corruptum leviter: Choriambicum eſt Trimetrum Brachycatalectum: Choriambus ſtat in medio: Habuimus etiam ſupra Od. 2. in Epodo, & Od. 10. in Stropha. 24. 25. Κουφα βιβωντα, Λυδιῳ γαρ Ασωπιχον εν τροπῳ] Metricus, Το τς χοριαμβικον ἑφθημιμερες. Το ζ, εξ αντισπαστικης και ιαμβικης καταλλειδος: Legit in Libris ſuis,

Κουφα βιβωντα, Λυδῳ
Γαρ Ασωπιχον εν τροπῳ,

Sic Cola exeunt, quæ ille nominat: Aldus, Κουφα βιβωντα, Λυδιῳ Γαρ Ασωπιχον εν τροπῳ: quod proxime accedit: Et hic igitur discreparunt Libri: Hæc recepta Choriambicum Dimetrum Hypercatalectum, & Jambicum Dimetrum Brachycatalectum vel Jonicum Dimetrum Catalecticum exhibent: Illud non præterundum: ιαμβικης καταχλειδος improprie dictum hic: βασιν enim denotat totam, ut χοριαμβικης præcedens; cum vulgo, ut notum, accipiatur aliter, & καταληξιν designet: Sed sic Magister ille: Nisi, πῳ ad Colon sequens retulerit cum Libris suis, ibique legerit, πῳ, 'ν μελεταις τε αειδων, vel πῳ, μελεταις τε αειδων: Sic enim χον εν τροκαταχλειδα Jambicam exhibet proprie dictam: Et hoc non rejiculum certe: Attende & judica: Supra ad Col. 10. Strophæ primæ recte est τροχαϊκης καταχλειδος. 26. Εν μελεταις τε αειδων] Metricus, εκ χοριαμβικου εις αντισπαστικον: Cur non sumsit Prosodiacum Dimetrum Acatalectum, vel Acatalectum Dactylicum Trimetrum? An ista vulgatiora despexit homo, ut eruditior videretur?

27. Μολον· ουνεκ' Ολυμπιονικος ἀ Μινυεια] Metricus, εξ Ιωνικης βασεως και τυ πενταμετρου, και χοριαμβικου, και Ιωνικου απο μειζονος: Nullus ego dubito, quin in Membranis suis repererit, Μολ' ουνεκ'

οὐνεκ' Ολυμπιονικας ἀ Μινυεια: Sic enim locum habere poteſt, quod de menſura ſcribit, non aliter: Μολ' οὐνεκ' O eſt Jonicus πεντασημος, Pæon ſecundus, qui ſæpe ſumitur pro Jonico a majore: εξ Ιωνικης βασεως και τυ πενταση-μυ Ιωνικυ: και explicat, & quæ intelligenda ſit βασις Ιωνικη, docet: λυμπιονι Choriambus eſt: κας ἀ Μινυ Jonicus a majore: εια Spondeum aut Trochæum, vel ipſe omiſit, vel omiſerunt Scribæ ignavi: Et ſic locum ita diſtinxit ille ac legit, Θαλια τε ε- ρασιμολ-πε, ιδοισα τονδε Κωμον επ' ευμενει τυχᾳ Κουφα βιβωντα, Λυδῳ Γαρ Ασωπιχον εν τρο-πῳ, 'ν μελεταις τε αειδω, Μολ', οὐνεκ' Ολυμπιο-νικας ἀ Μινυεια Σευ ἑκαλι. Non male profecto: Tu Thalia accede vel præcipue ad feſtivitatem hanc: Id enim mihi αειδοντι certe debes: Nec mihi ſolum, ſed urbi etiam ipſi, hac victoria propter te maxime honoratæ: Quare ita legere potes: Nec de menſura male ſenſit, ſed eam obſcurius indicavit: Colon enim eſt, ſi ſcripturam ejus ſequamur, Proſodiacum Tetrametrum Brachycatalectum, in quo pedes alternant rite: εια enim Trochæus & Choriambi eſt dimidium: Quod hic habemus, Colon eſt Antiſpaſticum Trimetrum Hypercatalectum, quod poſt Antiſpaſtum primum habet Syzygias Jambicas: Si pro Ολυμπιονικος legeretur Ολυμπιονικας cum Metrico, Colon eſſet Anapæſticum Trimetrum Catalecticum: Sic autem diſtinguendum

dum etiam ſine dubio: Θαλια τε ε- ξασιμολπᾳ, ἰδοισα τονδε Κωμον επ' ευμενει τυχᾳ Κουφα βιβωντα. Λυδιῳ γαρ Ασωπιχον εν τροπῳ, Εν μελεταις τε αειδων, Μολον, οὐνεκ' Ολυμπιονικος ἁ Μινυεια Σευ ἑκατι. Apparebit mox paulo apertius. 28. Σευ ἑκατι, μελανλειχεα δομον] Metricus, Ασκληπιαδειον: Ex eo conſtat, cujus revera pretii ſit νυν, quod MSS. Angl. Scholiaſtes & Aldus inter μελαντειχεα & δομον interponunt: Sic enim Asclepiadeum habemus, quod absque eo Asciepiadeum eſſe non poteſt: Lege igitur certo, Σευ ἑκατι· μελαντειχεα νυν δομον. 29. Φερσεφονας ἐδι αχοι] Metricus, δακτυλικη τριποδια: Aut Proſodiacum Dimetrum Acatalectum: αχοι eſt vocandi caſus abſque dubio: Cum Aglaia & Euphroſyna, Thalia præcipue feſtum hoc præſentia ſua honoraret: cujus lætitia ſic foret tanta, ut ejus Echo ad ipſos Inferos penetrare poſſet: Ideoque Poëta eam confidenter compellat, patrique victoriam filii nuntiare jubet: Echo ſcilicet victoriæ a Thalia celebratæ non poterat non ipſam victoriam nunciare diſerte: εννοια eſt mere Pindarica: Et ſic conſtat certo, poſt Σευ ἑκατι diſtinguendum eſſe τελεως, & ſequentia hæc ab illis præcedentibus accurate eſſe ſeparanda: Quod bonus Schmidius non vidit, qui perquam ruſtice & inepte ipſam Thaliam ad Inferos detrudit. Thalia maxime Poëtica curabat: Hinc apparet, cur eam Pindarus

ἐξαιρετως alloquatur: Id addo propter Interpretum balbutiem: Visne aliud, quod mihi opportune ſuccurrit? Ευφροσυνη in ſuperioribus vocatur φιλησιμολπε, & mox Thalia ſimiliter plane ερασιμολπε: Iſtane Tautologia tibi placet, & a Pindaro videtur profecta: Fallor, ſi oculos paulo acutiores habes, aut id, quod mihi displicet, etiam displiciturum eſt tibi: Quid igitur? Suſpicor ibi legendum eſſe plane, φιλησιδορπε Τ' Ευφροσυνα: Sic nihil appoſitum magis: Et concinit, quod de Diis præcedit, Ουτε γαρ Θεοι Σεμναν Χαριτων ατερ Κοιρανεοντι χορους, Ουτε δαιτας. Si autem attendas ad ea, quæ nunc dicimus, Metrici Μολε ſeſe commendare profecto nobis incipit magis: Id verbo etiam addo. 30. Πατρι κλυταν φερσισ' αγ-] Choriambicum Dimetrum Catalecticum: Metricus, δακτυλικον ἑφθημιμερες: Aut Amphimacrum pro Dactylo ſumſit, aut legit in Libro ſuo, Πατρι κλυταν Φροισ' αγ-: φροισα pro φεροισα: ἑφθημιμερες corruptum eſt haud dubie, & mutandum in πενθημιμερες.

31. γελιαν, Κλεεδαμον οφρα ιδοισ', υι-] Metricus, ἐξ αντισπαστου και ιαμβικου, ἑφθημιμερες. Scribendum iterum, ut ſupra, και ιαμβικου ἑφθημιμερους: Pro οφρα ιδοισ' alii οφρ' ιδοισ': Res eodem redit: Hoc Tribrachyn, illud Jambum promit in Jambico Hepthemimeri: Bonus Schmidius in iſtis cum oculis ſuis lippientibus videbat discrimen majus. 34. Εστε φα-

φανωσι κυδιμων αεθλων] Metricus, ἐκ χοριαμβικου και ιαμβικου, ἐφθημιμερες: Hic etiam ſcribendum, και ιαμβικου ἐφθημιμερους. 35. Πτεροισι χαιταν] Illud Πτεροισι ego refero ad folia oleaſtri, quæ pinnas referunt, & oblonga in acutum deſinunt: Id venuſtum in Pindaro: Interpretes Dithyrambice nimis.

****

NOTAE IN PYTHIA.

ODE I.

Col. 2. νος και ιοπλοκαμων] Metricus, πενθημιμερες ὑπερκαταληκτον, ὁμοιον τῳ. Μηνιν αειδε θεα: Scribe, πενθημιμερες δακτυλικον, ὁμοιον τῳ &c. ὑπερκαταληκτον cum πενθημιμερες copulari non poteſt: διμετρον δακτυλικον ὑπερκαταληκτον conveniret: Periti ſciunt: Poſtea δακτυλικον πενθημιμερες recte ſequitur. 3. Συνδικον Μοισαν κτεανον] Metricus, ἐνδεκασυλλαβον Σαπφικον· ὡ το πρωτον ὁλον εκ Σαπφους γεγραπται· εστι δε διμετρον τροχαϊκον ακαταληκτον, και χοριαμβικον: Quæ plane inepta ſunt, & ab imperitis corrupta: Scribe, οκτασυλλαβον Σαπφικον· εστι δε διμετρον τροχαϊκον καταληκτικον, η ακα-

η ακαταληκτον επιχοριαμβικον: ſcilicet διμετρον: Tale enim eſt Colon: Poteſt etiam ſcribi, εστι δε μονομετρον τροχαϊκον ακαταληκτον και χοριαμβικον: ſcilicet μονομετρον: Elige: Hoc ad vulgata propius accedit: Pro το πρωτον ὁλον εκ Σαπφους rectius legeretur το πρωτον ὁλον της Σαπφους: Sed ſic minus recte forſan ipſe Magiſter. 4. Τας ακουει μεν βασις, αγλαϊας αρχα] Metricus, Πινδαρικον εκ Σαπφικου. συγκειται δε, εκ τροχαϊκης συζυγιας, και χοριαμβικης, και Ιωνικης απ' ελασσονος, και συλλαβης: Mihi Colon eſt Aſynartetum, vel ex Trochaico Monometro & Dactylico Hepthemimeri, vel ex Trochaico Penthemimeri & Anapæſtico Dimetro Brachycatalecto: Vide quæ ad Od. xi. Olymp. dixi. 5. Πειθονται δ' αοιδοι σαμασιν] Metricus, αντισπαστικον, ὑπερκαταληκτον: Vox διμετρον excidit, & ſcribendum, αντισπαστικον διμετρον ὑπερκαταληκτον: Illud αοιδοι aperte probat, βασιν de greſſu & ſaltatione intelligendum eſſe: σημασιν, *ſignis*, imperiis: σημαινειν norunt omnes. 6. Αγησιχορων ὁποταν των φροιμιων] Metricus, συνθετον εκ τυ λεγομενυ προσοδιακυ, και ιαμβικης συζυγιας: Non accedo: Nam Proſodiacum requirit pedes alternantes: Aut Aſynartetum eſt ex Anapæſtico Dimetro Brachycatalecto & Jambico Monometro; aut Anapæſticum Dimetrum Hypercatalectum in Diſyllabum. 7. Αμβολας τευχης ελελιζομενα] Aſynartetum, ut monui ad Od. xi. Olymp. Metri-

tricus hic etiam aliter: διαφεροντος τυ τεταρτυ intelligendum de quarto Colo hujus Strophæ: Sed pro διαφεροντος rectius legeretur διαφερον: Alias poſt Σαπφικυ diſtinguendum. 8. Και τον αιχματαν κεραυνον σβεννυεις] Metricus, τροχαϊκον διμετρον καταληκτικον: Vitium apertum: Scribe τροχαϊκον τριμετρον καταληκτικον: σβεννυεις recte etiam Aldus. 10. δει ανα σκαπτω &c.] Ab operis hic perperam omiſſum δ', quod omnes habent: δει δ' ανα. 11. κειαν πλεγυ' αμφοτερω-] Metricus, προσοδιακον, παρα την ιαμβικην συζυγιαν: Ita ſcripſit, reſpiciens ad Colon ſextum, cui ex mente ejus annexa eſt Syzygia Jambica: Moneo, ne male intelligas. 16. Αδυ κλαϊστρον, κατεχευας] Non diſplicet κλαϊστρον: κλειστρον, κληϊστρον, κλαϊστρον: Sunt, qui de κλειστρον pro κλειθρον dubitant: Et illi legere poſſunt κλαϊθρον: κλειθρον, κληϊθρον, κλαϊθρον: Utrumque facilius, quam vel Schmidii εγκατεχευας, vel γε inter Αδυ & κλαιστρον interpoſitum: quod ego tamen Schmidiano mallem: Nam poſt επι præcedens, εγκατεχευας revera ſordet: Ipſum κλαιστρον διſυλλαβως, naturale minus, quam κλαϊστρον: Nam a κλειω, κληϊω, Dorice fit κλαϊω: Et ſimiliter Doricum κλαϊξ naturalius, quam κλαιξ, ut ſcribendum eſt: Sciunt Grammatici; & conſulere potes Interpretes Theocriti ad Idyll. 6. Nobis leviter ea indicare ſufficit. 17. Υγρον νωτον] *Molle, flexibile tergum:* ὑγρον eo ſignificatu

tu notum: Credo, reſpici ad motum, quo membra ipſo ſomno agitantur: Sic nihil convenientius etiam ad κνωσσων: Attende: Eruditiſſimus fuit Poëta, & multa apud eum in receſſu. 20. ιαινει καρδιαν Κωματι] Uno verbo, *ſopis Martem*: κωμα eſt ſomnus altus: Qui aliter interpretantur hoc ipſo loco, ineptiunt: Αρης ιαινει καρδιαν κωματι, τεαις ριπαισι κατασχομενος: Illecebræ ſunt in ipſis ριπαις: Pueri vident: Aldus etiam perperam Κωμῳ pro Κωματι ex interpretamento pravo, quod in textum irrepſit. 23. τοιδα σοφια, βαθυκολ-] Ita Aldus: Non diſplicet: Alias in τοϊδα duæ breves ſunt pro una longa, & ipſa longa reſoluta Jonicum efficit quinqueſyllabum. 27. Πιερίδων αϊοντα] Metricus, προσοδιακον δίμετρον ακαταληκτον: aut Trimetrum Dactylicum. 29. Ος τ' εν αινᾳ Ταρταρῳ] *Quique in horrendo Tartaro.* 30. ται, Θεον πολεμιος] Metricus, δίμετρον τροχαϊκον ακαταληκτον: Corruptus eſt, & ipſe ſcripſerat, δίμετρον τροχαϊκον βραχυκαταληκτον: Tribrachys eſt pro Trochæo. 31. Τυφως ἑκατονταπαραγος· τον ποτε] De menſura egi ad Col. 6. Strophæ. 34. Ται Θ' ὑπερ Κυμας ἁλιερκεες οχθαι] Metricus, Το δεκατον ὁμοιον, εκεινω ὑπερκαταληκτου οντος: Inepte: Nihil enim ſimile: Mutilata ſunt verba, & ſcribendum ſaltem, ὁμοιον τῳ τεταρτῳ της στροφης, εκεινω ὑπερκαταληκτου οντος: Junge, quæ Metricus ſcribit ad Col. 7. Strophæ, & Col. 4. Epodi:

Nos aliter: Et hoc etiam Asynartetum vel ex Trochaico Monometro & Dactylico Trimetro, vel ex Trochaico Penthemimeri & Penthemimeri Anapæstico. 38. Νιφοεσσ' Αιτνα, πανετες, Χιονος οξειας τιθηνα] Ante χιονος οξειας τιθηνα Epithetum convenientius adhibere potuisset Pindarus, quam est νιφοεσσα: Id enim nimis Synonymum: An ipse scripsit forte, Νεφοεσσ' Αιτνα, πανετες Χιονος οξειας τιθηνα? νεφοεσσα a νεφος, ut alia id genus, & ipsum νιφοεσσα a νιφος: Hoc certe accommodatius: Inquies; ουρανια præcedit, quod *altissimum* sonat, & sic etiam peccat: Sed diversa ratio est utriusque, & Emphasin habet χιων ουρανια, νεφοεσσα Αιτνα: id est, Ætna, columna aëria, ea altitudine, ut verticem ejus cingant nubes: Vides, & nihil in eo Tautologum: Judica igitur. 40. απλατυ πυρος ἀγνοταται Εκ μυχων παγαι] Quod de θειῳ scribunt Interpretes, elucidare potest το ἀγνοταται: Dubito tamen, an ad ipsum Jovis fulmen non respexerit Pindarus, quod amburens Typhonem, ignem purissimum emittit, & qualem in summi Jovis telo inesse convenit: Ignis, qui ex Typhone exit, est ipse ille ignis, quo fulmen Jovis coruscat, & sic non potest non purissimus esse & ἀγνοτατος: Ipsa sulphuris puritas, si attendas, inde manare potuit Mythologis: Quicquid sit, vel hoc, vel illud in animo habuit Poëta, Epitheto utens:

Trans-

Transposuit autem ista duo, απλατου, ἀγιόλατοι: Nam naturalius fuisset sane, απλατοι πυρος ἀγνοτατυ εκ μυχων παγαι: Id quisque videt, cui oculi non lippiunt: Nunc alterum tribuit alteri: Nisi Amanuenses forte loquantur, & ipse Poëta naturam secutus fuerit hic: Quod non nolent multi: Ego nihil affirmo. 43. ζοον καπνυ Αιθων'] Fumum, cui inest flamma: Fumum, qualem emittere solet flamma assurgens & erumpens: De natura hic cogitandum, & flamma, quæ interdiu non videtur propter lucis splendorem: De nocte sequitur. 44. αλλ' εν ορφναισιν, πετρας Φοινισσα κυλινδομενα φλοξ ες &c.] Si ita reliquerit Pindarus, hic certe ineptiit: Nam fingere, montem non interdiu, sed tantum noctu, saxa evomere, nihil aliud revera est, quam ineptire: Hoc omnes sentiunt statim: Quod de voce πετρας & verbo φεξει commenti sunt quidam, ut illam indecentiam tollerent, non potest cuiquam probari paulo humaniori: Visne aliud, quod mihi in mentem venit? Leviter forte corruptus est locus, & ipse Vates scripserat, αλλ' εν ορφναισιν, τεφρας Φοινισσα κυλινδομενα φλοξ ες βαθειαν φεξει ποντυ πλακα συν παταγῳ: Quod interdiu est ζοος καπνυ αιθων, noctu est φλοξ κυλινδομενα φοινισσα: & tunc in summo noctis silentio, audias etiam strepitum, quem edunt τεφραι, de aëre cadentes in maris superficiem: Vides? Hoc bonum & naturale,

neque ſic quicquam dicitur, quod diſtinctionem commode adhibitam vitiet: Facillima autem mutatio, & facillime etiam locus depravatus a Naſutis, ut grandius quid adeſſet in Scripto grandi: τεφραι ſcilicet & aduſta leviora præſtare non poterant, quod præſtant πετραι: Atque hinc illud egregium a Corculis egregiis. 47. Κεινο δ' Αφαισ∫οιο κρουνους ἑρπετον Δεινοτατους αναπεμ- πει] Αφαισ∫οιο κρουνους cohæret, & ignis copiam indicat: ἑρπετον eſt Typhon, qui vel olim *ſerpens*, vel tunc ἑρπετον, ſub monte *repens* & motitans ſeſe. 50. Θαυμα δε και παριον- των ακουσαι, Οἱον Αιτνας &c.] Male abundat illud παριοντων: Nam τερας μεν θαυμασιον προσιδεσθαι, θαυμα δε και ακουσαι, οἱον Αιτνας εν &c, rotundum eſt & bonum: Et poſterius non magis παριοντας ſibi requirit, quam prius; ſimiliterque παριοντες narrare poterant quod viderant, ut quod audiverant: Hoc perſpicuum, ſi animum advertas: Fallor, aut una litera peccat, & ſcribendum eſt, τερας μεν θαυμασιον προσιδε- σθαι· θαυμα δε και παρεοντων ακουσαι, Οἱον Αιτνας εν μελαμφυλ- λοις δεδε- ται &c. παρεοντες, qui ibi adſunt; qui ibi habitant: Prius oculis videbant advenæ; poſterius ab incolis accipiebant auribus: Hoc bonum: θαυμασιον προσιδεσθαι, id verbo addam, ſyncera lectio eſt: θαυμασιον τι ιδεσθαι extenuat mentem Poëtæ, & τι non convenit hic: ιδεσθαι vero longe melius, quam πυθεσθαι: quod plane ineptit. 54. στρωμνα δε χαρασ-

σοισ',

σοισ', ἅπαν νωτον ποτικεκλιμενον κεντει] Non dubito, quin χαρασσοισα στρωμνα una cum νωτον κεντει indicet Typhonis motum, quo ipsius terræ efficiebatur motus: Sic enim θαυμα illud implicite & non invenuste commemoravit Poëta: Et hoc ipsum illud erat, quod ab incolentibus audiebant advenæ, auditu-que non minus erat mirum, quam alterum adspectu: Sic omnia in hoc loco sunt perspicua & apta: Si verba in uno Typhone hærerent, & nihil aliud hic indicarent, vel nullum adesset θαυμα, vel nihil certe, quod pro θαυματι sese exereret: Actum externum igitur recte adjunximus ex mente Pindari.

56. Ειη, Ζευ, τιν ειη ανδανειν] Ita legendum est, & legit etiam Aldina: Romana cum aliis male, Ειη, Ζευ, ειη τιν ανδανειν.

58. του μεν επωνυμιαν] κατα του μεν επωνυμιαν; επωνυμιαν vox est substantiva: Diximus etiam supra. 64. Ναυσιφορητοις Δ' ανδρασι πρωτα χαρις Ες πλοον ερχομενοις] Omnes Libri excepto uno Aug. αρχομενοις: quod Schmidius mutavit; nullo jure: Nam optimum est αρχομενοις, si Ες πλοον ad πρωτα χαρις referas, ut faciendum est, & fecit sine dubio Pindarus; qui sic paulo secretius locutus est more suo: Scholiastem, ut Schmidius asseverat, ερχομενοις legisse, ego non video. 72. σι τε ιπποις τε κλυταν] Ita scribendum, ut Colo Jonico bene sit: Schmidii ineptias non moror. 74. Λυκιε, και Δαλοι' ανασσων] Schmidius pro Δαλοιο

ανασσων, quod in omnibus editis fuit ante eum, Δαλοι' ανασσων: Non improbo: Dactylus tamen in loco tertio Trochaici non peccat, & λοιο α etiam pro Tribrache haberi poteſt: Λυκιε Tribrachys eſt certus, isque etiam in Verſu oppoſito Epodi præcedentis: Quid tamen bonus Schmidius? Vide & ride.

77. Εθελησαις ταυτα νοῳ Τιθεμεν, ευανδρον τε χωραν] Optima lectio, ſi ταυτα ευανδρον τε χωραν arcte jungas: hæc, quæ voveo, ipſamque regionem viris egregiis bene inſtructam, in animo tibi reponas, O Phæbe: τιθεμεν νοῳ elegans: Id enim curare eſt, ut νου εκβαλλειν eſt negligere & contemnere: Nihil apertius aut facilius: Interpretes ſibi habeant commenta ſua. 86. Μαχᾳ δ' εκριψαις αμευσασθ' αντιους] Heſychius in Lexico, Αμευσασθαι, αμειβεσθαι, διελθειν, περαιωσασθαι: Quod forte ex hoc ipſo loco deſumtum: Quæ de veriverbio ſcribunt Grammatici, non ſunt unius aſſis; & miſere nugantur, qui a Dorico αμος deducunt: Syllabæ enim menſura aperte obſtat, ut hic ipſe locus oſtendit: Alibi accuratius: Nunc illud notabo tantum: Apud Heſychium eſt in V. Αμη: σιδηρουν σκευος, και σκαφη, εις ην εβαλλοντο εριφων ποδες προς το μη βαινειν: Ab iſto αμη in poſteriori ſignificatione venuſte deduci poſſet αμευσασθαι, quando de victoria dicitur plena: αμευσασθαι αντιους, ita vincere adverſarios, ut in αμην quaſi conjecti, hædorum inſtar ſeſe movere nequeant: victoriam de illis reportare, qua

&

& animo & corpore fracti ſunt: αμη, αμευω, αμευεσθαι: Attende, & conſidera hoc: Alibi plura, ut dixi: Pro Μαχρα δε ξιφαις ex Cod. 71. recte ſcriptum hic, Μαχρα δ' εχξιφαις: Schmidius ſuo more. 87. ὁ πας χρονος ολβον μεν ουτω, και &c.] ουτω, *ut nunc:* Quæ de divitiarum elargitione & aurea cithara ſcribit Schmidius, probabit nemo paulo oculatior: De præſenti Hieronis felicitate loquitur ſine dubio Poëta. 91. Ηκεν αμμνασειεν οἱαις Εν &c.] αμμνασειεν: ita legendum, & accipiendum de Hierone, non de tempore: Hercule, in memoriam ſibi revocet Vir eximius, quibus &c: Id non injucundum erit, eique commendo: καματων επιλασιν de morbo & morbi doloribus recte exponitur: Illorum memoria erat triſtis: Hæc facinorum egregiorum in bello læta: Nihil convenientius. 94. ἀμχ' εὑρισκοντο Θεων παλαμαις τιμαν] Quo pertinet εὑρισκοντο? Ad tyrannos Siculos reſpondent Interpretes: Quod adeo inſulſum, ut nihil magis: Quid enim in his, quod eos ſubindicet? Ne γρυ, ne γρυ: Aut balbutiit Poëta, aut legendum eſt, οἱαις Εν πολεμοισιν μαχαις Τλαμον ψυχα παρεμει- νεν, ἱν' εὑρισκοιτο Θεων παλαμαις τιμαν, Οἱαν &c. Hoc longe apertiſſimum eſt, & nemo dubitet, quin ex ipſius Pindari calamo exierit. 101. κει τειρομενον μεταλλασ-] Metrum temeratur in μεταλλασ-, & media non poteſt eſſe brevis: Di-

cam uno verbo: Legendum, Φαντι δε Λαμνοθεν ελ- κει τειρομενον μεταλασ- σοντας ελθειν: λαζω, λαζομαι, λαμβανω: Inde μεταλαζω, cujus futurum eſt μεταλασσοντας: appoſitum hic, quemadmodum & præſens μεταλα- ζωντας: Id Pindaro notiſſimum, recentioribus fuit ignotum: Non dubitandum autem, quin ita ſcripſerit Poëta: Nam id luce meridiana clarius oſtendit Λαμνοθεν, quod ut cum μεταλλασσοντας concilient Interpretes, vocem *abducendum* affabre intrudunt: Apage, apage ineptias: Res eſt perſpicua: De λαζω vide Etymologum M. 109. Ουτω δ' Ιερωνι Θεος ορθωθηρ πελοι] Θεος patitur Synizeſin, & Metrum adamuſſim conſtat: Bonus Schmidius id non obſervabat pertica ſua! Nihil tritius. 113. Πειθεο μοι, ποιναν τεθριππων] Pes primus Trochaici variat, & pro Tribrache hic eſt Dactylus: Alias Πιθεό legendum. 128. ὠν κλεος αν- θησεν αιχμας] ὠν αιχμας κλεος: αιχμας cum ὠν cohæret. 130. Ζευ τελει· αιει δε τοιαυ- ταν, Αμενα &c.] Si ita legas & diſtinguas, verba ſunt perplexa: Vix dubito, quin ipſe Poëta ſcripſerit, Ζευ τελει αιει γε τοιαυ- ταν, Αμενα παρ' ὑδως, Αισαν αστοις και βασιλευσιν, διακρινειν ετυμον λογον ανθρωπων: *Fac ut vera hominum fama tribuat talem fortunam &c.* 135. Υιῳ τ' επιτελλομενος, δαμον τε γε- ρων τραποι &c.] Hæc varie accipiunt Interpretes, & varie accipi poſſunt: Ego in iſtis

istis mihi non satisfacio, & mutata unica literula scribendum suspicor plane, Συν τοι τιν κεν ἀγητης ανηρ, Υιον τ' επιτελλομενος, δαμον τε γε- ξων τραποι συμφωνον εφ' ησυχιαν: Sic nihil planius aut decentius: επιτελλομενος, præcipiens, monens: γερων egregium: Sic longam vitam precatur Hieroni: γεραιρων dignum ipsa Morbonia. 147. Δουλειας. Αἰξεομαι] ει Diphthongus corripitur a vocali: Si Δουλιας malis, per me licet: Bonus Schmidius hic plane desipit: Colon est Trochaicum Dimetrum Brachycatalectum, ut vidimus ad Epodum primam: Angli αἰ in αἰρεομαι corripiunt ad mentem Schmidii? Quid ais? Sic nova cuditur Prosodia. 148. Αθηναιων χαριν, Μισθον] χαριν, μισθον Αθηναιων vocat: Eleganter & acute. 150. Προ Κιθαιρωνος μαχαν] Ad Platæas, duce Pausania. 151. Ταισι Μηδοι μεν καμον αγκυλοτοξοι] Longe præstat aliorum Librorum lectio, Ταισι Μηδειοι καμον αγκυλοτοξοι: Vident omnes, qui in his aliquid vident: Ταισι post μαχαν figura est προς το σημαινομενον: De duplici victoria enim sermo est: Verbo moneo, ne cespites. 152. Παρ δε γε ταν ευυδρον αχλαν] Dactylus iterum pro Trochæo, ut in Colo Epodi præcedentis Πειθεο: Editio Romana cum aliis quibusdam, Παρ δε ταν ευυδρον αχταν: Sic ipse Trochæus adest: Sume quod placet 154. Δεινομενευς τελεσαις] Recte Interpres, *ubi prius perfecero*: Sic victoriam

istam filiorum Dinomenis præponit Poëta victoriis Græcorum ad Salaminem & Platæas: Quod an non sit nimis blandum, genioque Nostri conveniat, dubito: An ipse scripsit forte? παιδεσσιν ὑμνον Δεινομενευς τελεσαι- μ', ὃν εδεξαντ' αμφ' &c. 161. Αιανης ταχειας απαδὶς] Difficillima est vox απαδὶς, & quæ Portus comminiscitur, aperte respuit Metrum: Nam απα Trochæus esse debet: Pueri vident & sentiunt: Dicam quod suspicor: ἠπαρ & ἠπας non differre autumo, & ista voce *præcordia* denotari credo: ἠπαρ ὑπο πραπιδων, & ϛηθος, ὁθι φρενες ἠπαρ εχουσιν, ex Homero nota sunt, & significationem istam statuminant, præsertim ubi sedes τȣ επιθυμητικȣ dicitur ἠπαρ, & ipsum illud hic commode intelligitur: ἠπας, ἠπαδος: Sic legendum esset ταχειας ἀπαδας. De Etymo τȣ ἠπαρ Grammatici inepte: Ad ἱπιος forte pertinet, & ἠπω idem olim, quod ἠπιαω: ἠπω, ἠπιος: ἠπω, ἠπαρ, ἠπας: Quin & ἠπις, ut ἠπας, sic potuisset dici: ἠπις, ἠπιδος: cujus plurale ἠπιδας & ἀπιδας hic haberemus: Attende: Hæc verisimillima sunt, & ut sententiæ, ita Metro certe amica: Αια est Trochæus; & eo respiciens Metricus scribit in Scala, τȣ πρωτȣ ποδὸς της πρωτης συζυγιας διαφερουσης. 165. Μη παριει καλα] Nihil syncerius: Sequentia probant, & tota cohærentia loci: Apage Schmidii παριεις.
169. Ει τι και φλαυρον παραιθυσ- σει, μεγα &c]
Si

Si quid leve minus bonum emicet, id ſtatim in te videtur grave: Egregia de principe ſententia: φλαυρον, non rectum, pravum. 172. πολλοι μαρτυρες αμφοτεροις πιστοι] De patre & filio; de principe & civibus intelligi poteſt æquo jure. 173. Ευανθει δ' εν οργᾳ παχμενων] Perbene οργᾳ: Similiter Æſchylus in Prometheo Vincto, Οργης νοσουσης εισιν ιατροι λογοι: Diximus ibi: Pindarus ita etiam alibi. 176. Εξιει δ' ὡσπερ χυβερναλας ανηρ Ιστιον ανεμοεν, Μη &c.] Εξιει, ut ſupra παριει: Hic tamen probarem, quod ibi improbavi: Scripſerim enim lubens, Εξιεις δ' ὡσπερ χυβερνατας ανηρ Ιστιον ανεμοεν, Μη δολωθης &c. Sic verba hiulca, aptiſſime cohærent: Sis ſplendidus, ſed ita, ut iſto ſplendore non cogaris ſordida lucra captare, quo ſplendori ſatisfacias: Egregium monitum, & quod Poëta expreſſit verbis egregiis: Talia enim εξιεις ἱστιον ανεμοεν, ὡσπερ χυβερνατας ανηρ: Interpretes non moror, qui humilia hic etiam cogitant: ὡσπερ optimum eſt: ὡς τις ſorderet hoc loco: Aldus Ιστιον ανεμοεν πετασας, haud dubie ex interpretamento: cujus veſtigia etiam in Aliis: Quare verbo moneo. 178. Μη δολωθης ω Φιλε &c.] In his diſcreparunt Libri: Bonum eſt, quod hic habemus: Nec malum iſtud Aldi, Μη δολωθης, ω Φιλε, χερδεσιν ευ- τραπελοις. οπιστομβροτον αυ-, ſi unum οπιστομβροτον excipias, quod pro οπιθομβροτον irrepſit: Sic ſcili-

ſcilicet pro Jonico quadriſyllabo hic etiam adeſt Jonicus quinqueſyllabus, ut in Colo gemello Antiſtrophæ primæ, ſi pro τοιδε ſcribamus τοϊδε. Illud addam: Erunt, qui pro Εξιει, Μη δαλωθης ſcripturi ſunt Εξιει, Μη δαλωθεις: Ego alterum præfero Εξιεις, Μη δαλωθης, quia naturalius eſt & monenti convenientius. 179. Οπιθομβροτον αυχημα δοξας &c.] Virtus vivit poſt funera, maxime per Poëtas & Hiſtoricos Oratoresque: Hæc dicuntur γενικως, ut ex Cræſi & Phalaridis exemplis apparet, & alia ſunt a præcedentibus. 184. Ου φθινει] φθινει hic primam corripit, ut ſæpe alibi apud Poëtas antiquos: Schmidius non audiendus. 189. κοινωνιαν Μαλθακαν παιδων οχθοισι] Elegans & Pindarica appoſitio ad μιν: De Elipſi non cogitandum. 191. Ευ δε παθειν, το πρωτον αθλων] Ita bonus Schmidius contra omnes Libros, qui conſtanter exhibent Το δε παθειν ευ: ut ſcilicet Dactylum haberet: Quo jure, ex Antitheticis conſtat & Metri Trochaici indole: Si pro αεθλων, quod in plerisque Libris, ſumere velis αθλων, potes: Alias vel Synizeſin adhibere debes, vel πρωτον α habere pro Dactylo, quem locus tertius Trochaici non reſpuit.

ODE II.

Col. 3. Τεμενος Αρεος, ανδρων] Metricus, τροχαϊκον διμετρον βραχυκαταληκτον: Non impro-

probo: Malo tamen fere Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum, cum Antiſpaſto quinqueſyllabo. 5. Δαιμονιαι τροφοι] Metricus, χοριαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Vel Dactylicum Dimetrum Acatalectum. 7. Φερων μελος ερχομαι] Metricus, Ιωνικον απο μειζονος, διμετρον καταληκτικον, της πρωτης συλλαβης διαφορα υσης: Pæon ſecundus ex mente Magiſtri hic ubique eſt pro Jonico a majore: Vide gemella: Ego, quia ubique Pæon eſt, Colon pro Jambico Dimetro Brachycatalecto habere malo. 8. Αγγελιαν τετραορίας ελελιχθονος] Metricus, χοριαμβικον, τριμετρον ακαταληκτον: Recte: Prima Syzygia eſt Choriambica: duæ ſequentes ſunt Jambicæ ἐπτασημοι. 10. Τηλαυγεσιν ανεδησεν Ορ-] Metricus, επιωνικον, διμετρον ακαταληκτον: Mihi placet magis Jambicum Dimetrum Acatalectum. 12. Ποταμιας εδος Αρτεμιδος] Metricus, διμετρον επιχοριαμβικον ακαταληκτον: Ποταμιας εδος habuit pro Syzygia Trochaica: quod difficilius ſane: Quare Colon mihi videtur potius Antiſpaſticum Dimetrum Acatalectum, ex Antiſpaſto quinqueſyllabo & Syzygia Jambica ἑξασημῳ, pede poſtremo pro Tribrache ſumto. 13. Τας ουκ ατερ, κεινας αγαναισιν εν] Metricus, τριμετρον ιαμβικον ακαταληκτον: Corrupte: Lege βραχυκαταληκτον. 17. χερι διδυμᾳ] Ita recte Aldus: χειρι non fert Jambicum: Hoc autem commode ad Hieronem referri poteſt: Sic τιθησι

ϑησι κοσμον habet, quod ornat, & ſententia eſt plenior: *Hieronis manui geminæ.*

21. Εν δ' ἁρματα πεισιχαλινα καταζευ- γνυη σθενος ἱππειον] ἁρματα poſt διφρον adeo Tautologum eſt, ut illud Poëtæ eruditiſſimo tribuere nec auſim, nec velim: Scripſerat ipſe, niſi egregie fallor, Ξεστον ὁταν διφρον, Εν δ' ἑρματα πεισιχαλινα καταζευ- γνυη σθενος ἱππειον: ἑρματα ſunt ζυγα & lora, quæ faciunt, ut vere currui junctus ſit equus, eaque non minus bene, quam ἁρματα, πεισιχαλινα dicuntur figurate: ἑρμα ab ειρω vulgo deducitur, & vox eſt πολυσημος: Periti ſciunt: Interpres Antiquus ipſum ἁρματα, ζυγα και σειρας exponens, ineptit Græculorum more, qui ſententiæ ductu arripiunt, quicquid ſe calamo offert: Vox ea ſignificatione occurrit nullibi: Et ſic ſaltem αρμενα ſcripſiſſet Poëta. 27. Κελαδεοντι μεν αμφι Κινυ- ραν πολλακις Φαμαι Κυπριων] Κινυραν Κυπριων jungendum: Id ſuadet εννοια Poëtæ de extero: λιπαραν απο Θηβαν, & αλλος αλλοις βασιλευσιν præcedit, Λοκρις vero παρθενος ſequitur.

29. Χρυσοχαιτας προφρονως] Spondeus pro Trochæo in ſecundo loco: Licita eſt variatio, & boni Interpretes fruſtra laborant: Aldus tamen Χρυσοχαιτα προφρονως.

31. Ιερεα κτιλον] ἱερεα ἡγεμονα: *Sacerdotem primarium:* Heſychius, Κτιλος, τιθασος, πραος, ἡγεμων. 33. Ποιτινος αντι εργων] Nihil ineptius eſt, quam quod de ποιτινος cornicantur

tur Interpretes: Haud dubie ſcribendum Ποι τινος: quod apertum eſt & facile: Ita ſcilicet ordinanda ſunt verba, Αγει δε ποι χαρις οπιζομενα τινος αντι φιλων εργων: *Eo impellit gratia colens aliquem propter facta amica:* οπιζεσθαι cum caſu patrio norunt ipſi pueri: Dicuntur hæc γενικως, ut illa Αλλοις δε τις ετελεσσεν αλλος ανηρ Ευαχεα &c. Et ut ibi Cinyræ, ita hic Hieronis exemplum apponitur ειδικως. 35. Ζεφυρια προ δομων] Metricus, παιωνικον διμετρον καταληκτικον: Ex duobus ſcilicet Pæonibus primis: Nam poſtrema eſt indifferens: Eſſe etiam poteſt Antiſpaſticum Dimetrum Brachycatalectum, ſumto Antiſpaſto quinqueſyllabo: Neque id deterius. 37. Πολεμιων καμαλων εξ αμαχανων] Metricus, αντισπαστικον τριμετρον ακαταληκτον Πινδαρικον, απο τροχαιω εις τροχαιον: Πολεμιων κα, Antiſpaſtus quinqueſyllabus, revera Ditrochæus eſſe poteſt, & talis, ſed aciſus, certo certius eſt μαχανων: Id voluit Magiſter, qui Pindaricum vocat ea de cauſa: Nimis, credo, Scholaſtice: Nam Ditrochæus aliis etiam eſt Antiſpaſtus bonus: Neque neceſſe, ut Πολεμιων κα ſit Ditrochæus: Antiſpaſtus enim eſſe poteſt, ſimilis medio: Ad λυσιν modo attende; nihil apertius: Pro τριμετρον ακαταληκτον ipſe Metricus ſcripſit τριμετρον καταληκτικον. 38. Δια τεαν δυναμιν, δραμειτ' ασφαλες] Metricus, συνθετον απο παιωνος, και διμετρου Ιωνικου ακαταληκτου, τω, τε ανα-

κλω-

κλωμενου, και τυ απο μειζονος: Ineptit Magiſter: Nam ut de Pæone nihil dicam, ita non concurrunt Jonici contrarii; & αναπλασει non eſt locus, quia Jonicus a majore; ipſe indiget, quod habet, ut Jonicus a majore maneat: Vident omnes, qui in his aliquid vident: Colon eſt, vel Antiſpaſticum Trimetrum Catalecticum, cum Antiſpaſto quinqueſyllabo, & Syzygia Jambica in medio; vel Trochaicum Trimetrum Brachycatalectum, more Pindarico & Steſichoreo in Jambum definens: Illud δραμειϲ' ex uno Libro C. 71. hic invexerunt Editores Angli: Omnes alii cum Libris aliis conſtanter δρακειϲ': Pro aureis ſumſerunt ænea: Nam optimum eſt δρακειϲ', & vere Pindaricum: δερκεϲθαι, *videre*, *vivere*: Homericum, Ουτις εμευ ζωντος και επι χθονι δερκομενοιο, ipſi pueri tenent: ασφαλες optimum quoque pro ασφαλως. 40. Ιξιονα φαντι ταυτα] Metricus, Ιωνικον διμετρον καταλλειομενον, εκ τροχαϊκης διποδιας: In hoc Colo eſt Jonicus; in aliis Pæon ſecundus pro Jonico: Cur non ſumſit Jambicum Hepthemimeres? An unus Spondeus tribus Jambis oppoſitus id prohibebat pondere ſuo? Vides, quid Magiſtris tribuendum ſit. 43. Τον ευεργεταν αγαναις αμοιβαις] Metricus, Πινδαρικον, δια το πολλακις τον Πινδαρον αυλω κεχρηϲθαι. συγκειϲαι δε εξ αντιϲπαϲτικυ χοριαμβυ και ιαμβυ και συλλαβης: Hic de Pindarico verum perhibet: Junge Hephæſtionem in Enchi-

chiridio pag. 46. Scribendum autem ἐξ ἀντισπάστου, χοριάμβου, καὶ ἰάμβου καὶ συλλαβῆς.

44. Ἐποιχομένους τινεσθαι] Metricus, Ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος, ἀκαταλήκτου: Ne unus etiam in his est Jonicus, sed Pæon ubique secundus, ut in altero Strophæ septimo: Et cur igitur aspernatus iterum fuit Jambicum? Mirum est Grammaticorum ingenium: Quia dictum, Pæones secundos aliquando adhiberi pro Jonicis a majore, id factum voluerunt multi ubique: Sic scilicet minus trita captabant strenui: Ἐπερχομένους, quod in Lib. Aug. & MS. γ. erat, interpretamentum est τοῦ Ἐποιχομένους: Nihil apertius.

52. Ἀλλὰ νιν ὑβρις εἰς ἄνατον ὑπερφανον Ὧρσεν] ἄνατον debet esse Anapæstus: Et sic scribendum est ἀϜατον, & ἄατα sumtum pro ἀτα duas priores syllabas corripit: In ἄασαν ἄασας, ἄασεν, ἄασατο & ἀασαμην apud Homerum, ut notum, syllabarum mensura variat; Nihilque obstat revera, quominus duas priores syllabas in ἀϜατον corripere possimus: Ut vulgo profertur ἄνατον, Anapæstus esse non potest, & Metrum pessime temeratur: Hoc perspicuum: Sed an Æolicum ἀϜατον hic convenit? Dubito summopere: Nam ubi εἰς ἀϜατον ὑπερφανον Ὧρσεν ita præcedit, inepte profecto sequitur, Ταχα δὲ παθων τουτο' ανηρ, Ἐξαιρετον ἑλε μοχθον: Id enim plane Tautologum, neque aliud ἀϜατον, quam μοχθον ἐξαιρετον: Hoc adeo certum & evi-

dens, ut dubitare poſſit nemo utut dubitare adſuetus: Et quid igitur? An ita balbutiit Poëta eruditus? Cras credam, non hodie; & aliud ſubeſſe ſuſpicor, quod tibi impertiam breviter: ὕβρις hic eſt animi inſolentia ex nimia fortunæ benignitate: Iſta ὕβρις Ixionem ὥρσεν εἰς ἀπάταν ὑπεράφανον: ἀπάτα eſt omnis improbitas, quæ fit adhibita techna, & animo doloſo: Ad talem improbitatem petulantia Ixionem adegit fortuna ebrium: Idque explicant ſequentia: Primo enim per dolum interfecit ſocerum: Dein vero Junonem, cujus amore captus erat, inſidioſe ad ſtuprum ſollicitavit; & propter geminam illam ἀπάταν, ἅμῳ ἐοικότα παθεῖν, ἑξαίρετον ἔλε μοχθον: Vides? Hæc apta ſunt & optime ſibi conſtant: Quare perquam probabile mihi fit, pro εἰς ἀϜάταν ſcripſiſſe ipſum Pindarum εἰς ἀπάταν: quod ita mutarunt Naſutuli de Æolismo perperam cogitantes, ut eruditionem ſuam oſtentarent: Niſi forte ἀάταν pro damno ſumſerit Poëta, quo alter alterum afficit, & ſic cladem, quam ſocer & Juno ab Ixione fuerunt paſſi, non cladem, quam propter maleficia ſua paſſus eſt Ixion, intellexerit: Quod ab uſu Linguæ abhorret, & ineptit ſane reſpectu ipſius Junonis, quæ iſta Ixionis audacia damnum ſenſit nullum, peſſimumque deluſit nebula: Quare arridet quod poſui, & locus mihi plane ſuſpectus manet: Ἀλλὰ νιν ἀ μάχαν γ'

οὐχ

οὐχ ὑπεμεινεν pendet, & poſt Ωρσεν pro puncto collocandum eſt Comma. 57. Ηρως ὁτι τ' εμφυλιον αἱμα πρω-] Colon Jambicum non eſt ſanum: Nam ὁτι Pyrrichius eſt, & locum ſecundum vitiat: Scribendum vel Ηρως ὁτι γε, vel Ηρως ὁτι τε εμφυλιον αἱμα πρω-: Sic Tribrachys commode eſt pro Jambo: ὁτι τε ſequens videtur ὁτι τι præcedens malle; ſed arctior ille nexus non eſt neceſſarius, & ὁτι γε æque bonum. 69. Ειδος γαρ ὑπεροχωτατα Πρεπειν &c.] Optima lectio, ſi recte intelligatur: Dicam verbo: ὑπεροχωτατα ειδος cohæret, & ad ουρανια Διγαλερι Κορυ ſe refert: *Junoni formam præſtantiſſimæ:* Hoc vere Græcum: Interpretum balbutiem non curo. 71. ἀν τε δολον Αυλῳ θεσαν Ζηνος παλαμαι] Malim fere ἀν γε δολον: ἀν, *quam:* ἀν pro εκεινην hic durius eſt: Ita Schmidius.

77. Ταν πολυκοινον ανεδε-] αν ανε eſt Tribrachys pro Jambo in Verſu Choriambico Dimetro Catalectico cum Syzygia Jambica acciſa, neque peccat ſane: Si tamen cum Schmidio legere malis ανδε-, quia calamo erat præſto, per me licet. 81. ουτ' εν Θεων νομοις] Poſt εν ανδρασι non deterius fuiſſet εν Θεων δομοις: Nihil tamen muto. 84. εμιγνυτ' εν Πα- λιου σφυροις] Galeni εμιγνυτ' αν πολιοσφυροις mihi ſuſpectum eſt, & ab Amanuenſibus videtur profectum, ut ipſe Galenus legerit, quod hic habemus. 89. επι ελπιδεσσι] *ut ſperat, ut vult:* Sic appoſi-

tum επι & venuſtum. 92. ετον χιχε, και θαλασσαι-] Bonus Schmidius ex una Aldina, ητον, χιχε, ut Spondeum haberet in loco primo, qui in his ipſis variat: Ubi αιητος pro αιετος? Ipſum illud Aldinum mihi ab operis eſſe videtur. 97. δακος αδινον] Recte: αδινον ab αδην eſt: αδικον languet præ eo: *animal noxium & grave*, quod ego fugere debeo: Hæc dicit propter ſuperiora, ne maledicus videatur: Alibi etiam ita Pindarus. 101. πιαινομενον] *ditatum*, proprie & ſignificatione prima: Id apparet ex πλουτειν ſequenti: Archilochus lingua maledica benignam nummorum copiam ſibi comparaverat; & tamen τα πολλα erat εν αμαχανια: Fieri enim non poteſt non, quin maledici continuo ſibi metuant ab illis, quibus maledixerunt. 101. Το πλουτειν δε συν τυχα ποτμου Σοφιας, αριστον] το πλουτειν σοφιας cohæret, & συν τυχα ποτμω per ſe ſubſiſtit, neque duo iſta miſcenda: Prius ſapientiam, poſterius opes & meliorem fortunam denotat: Nihil apertius. 104. Τυ δε σαφα νιν εχεις, ελευθερα φρενι πεπαρειν] Ejice diſtinctionem poſt εχεις: Nam iſta cohærent arcte: *Tu vero manifeſte id potes mente libera & ingenua patefacere atque oſtendere*: νιν, vel το πλουτειν σοφιας συν τυχα ποτμω, vel το πλουτειν σοφιας συν τυχα ποτμου, ειναι αριστον: πεπαρειν eſt ενδειξαι, σημηναι, ut apud Heſychium exponitur: qui & Πεπαρεισιμον, ευφραστον, σαφες, in-

interpretatur: πεπαρεω, πεπαρευω, πεπαρευσιμον: Verbum eſt bonum & appoſitum hic: Qui mutant, riſum debent: Emphaticum vero ελευθερᾳ φρενι de Principe, qui neminem metuit: Et eo pertinet ſequens, Πευται, χυριε &c. Interpretes hic miſere ineptiunt: Nihil de donis, nihil de ſe Pindarus in his.

112. Χαυνᾳ πραπιδι παλαιμονει κενεᾳ] Legendum puto κενεα, adverbialiter pro κενεως: παλαιμονει idem, quod παλαιει: παλαιω, παλαιμων, παλαιμονεω: παλαιω, παλαισμων, παλαισμοσυνη; Heſychius, Παλαιμων, ὁ Ηρακλης: Cui junge Etymolog. M. parentem.

123. Ποτι ἁπαντα λογον Επαινειν] ποτι επαινειν ἁπαντα λογον pro κατα ἁπαντα λογον.

125. κατα Φοινισσαν εμπολαν] Merces Phœniciæ erant in pretio: Ideo illis aſſimilat hoc ειδος; non ut ſtipem ſibi mendicaret, & eo animo id compoſitum & miſſum diceret: Generoſior mihi videtur Pindarus. 129. Θελων] το Καστορειον, ut αιδω Παφιαν θελουσαν ηδη in Anacreonticis, quod perperam mutabat Canterus. 131. Γενοι' οιος εσσι, μαθων] Ita legendum, ut Metro bene ſit: *Sis qualis es, id ipſe doctus probe:* Et hic diſtinguendum τελεως: Sequentia, καλος τοι Πιθων παρα παισιν, αιει Καλος· ὁ δε Ραδαμανθυς ευ &c, arctius cohærent, & novam ſententiam conſtituunt: *Simiolus ſemel pulcher viſus pueris, illis ſemper videtur pulcher: Rhadamanthus vero &c.* Alii aliter: ita ego:

Qui καλος τοι Πιθων cum μαθων jungunt, ridiculi ſunt. 138. Οια ψιθυρων παλαμαις ἑπετ' αισι Βροτων] Hæc partim ερωτηματικως, partim θαυμαστικως dicuntur, & accurate diſtinguenda ſunt a præcedenti ουδ' απαταισι θυμον τερπεται ενδοθεν: Alias hic haberemus peſſimum illud Schema Pindaricum, & ἑπιται penderet ab απαταισι, verbum ſingulare a nomine plurali: Vident, qui attendunt, & diſtinctionem noſtram probabunt: quæ orationem etiam efficit longe fortiorem: Sic enim cum majore Emphaſi ſequitur Αμαχον κακον &c. 140. διαβολιαν] Secunda in διαβελιαν hic etiam producitur: Ob brevium concurſum, an propter α Doricum pro η, videbimus alias. 144. Ατε γαρ ειναλιον πονον ο-] Ita per me licet, cum Schmidio ſcribas: Non neceſſe tamen: Nam ſive Epichoriambicum ſive Antiſpaſticum ſumas, ειναλιον ſtare poteſt κατα ισοδυναμιαν, & in Trochaico revera melior eſt Tribrachys, quam Dactylus, in Antiſpaſtico autem Antiſpaſtus πεντασημος non deterior ἑξασημῳ: Periti ſciunt. 145. αβα- πτιστος ειμι, φελλος ὡς] Ad calumnias apud Hieronem in Pindarum ingeſtas, ego refero, quod legimus in Scholiis, Θρασυδαιος τις ἑταιρος ην Πινδαρου· Ιερων δε επεπολεμηκει Θηρωνι τῳ Θρασυδαιου πατρι. εικος ουν διαβεβλησθαι τον Πινδαρον τῳ Ιερωνι. ὁθεν απολογουμενος εις τουτο πασαν αναφερει παραινεσιν. Sic cauſa probabilis adeſt. 147. Υπερ

ἑρκος

ἔρκος ἅλμας] *Extimum* eſt ſeptum: Inde ἔρκος hic pro ſuperficie: Interpretes verba perdunt, & non dicunt quod debent

148. Ἀδυνατα δ' επος ἐκβαλειν] Ἀδυνατα δ' elegantius eſt, quam Ἀδυνατον δ', ubi επος χρεαιον accedit, ſed Metrum ſibi non requirit: Dactylus enim in loco ſecundo Trochaici non peccat: Plerique Libri Ἀδυνατον δ': Ut antea indicavi, ſuſpicor Pindarum in Antiquioribus Exemplaribus fuiſſe liberiorem.

150. Δολιον αφρον] Hæc & ſequentia γενικως dicuntur & Ethice: Sapientem vero & magnanimum in illis ſe prodit Poëta: Quare quod de munerum petitione, merce Phœnicia, & aurea cithara ſcribitur, inter Scholaſticorum commenta refero non injuria.

151. Σαινων ποτι παντας αγαν] Colon Jambicum laborat: Nam α in αγαν brevis eſt: Legendum ſuſpicor, Σαινων ποτι παντας αρα: α in αρα eſt anceps, ut nemo neſcit.

155. λυκοιο δικαν ὑποθυσομαι, Αλλ' αλλοτε πατεων ὁδοις σκολιαις] Strenue ſubcurram viis variis, ut eum obſervem, & ſciam ubi ſit, quidque in me machinetur: Egregium hoc, ut oſtendat, ſe nolle invadere inimicum, ſed contra inimicum ſeſe tueri: Interpretes non intelligunt, & injuriam faciunt humaniſſimo Pindaro. 163. τα κεινων] Alii τα 'κεινων: Scribæ loquuntur: Ipſe Poëta Idiomate ſuo ſcripſit τα τηνων: Moneo in tranſitu: Ubique in eo peccatum: τοτε & τοτ'

hic etiam habemus: Et tamen ſunt ineptuli, qui a Scribis Dialectorum notitiam petunt.

164. Τοτ' αυ δ' ἑτεροις εδω-] Ita Schmidius contra omnes Libros, qui conſtanter habent, Τοτε δ' αυθ' ἑτεροις εδω-: quod paulo liberius eſt, ſed Metrum non vitiat: Anapæſtus enim pro Jambo ſumitur millies: Idne denegabimus Lyrico, quia rigidi Grammatici contra ſtant? 166. δε ταυτα γε νουν ιαινει φθονερων. Σταθμας] Sic etiam Schmidius, ut Anapæſtum haberet Anapæſto oppoſitum: Omnes Libri uno conſenſu, δε ταυτα νοον ιαινει: Sic in διποδια Jambica commode Tribrachys opponitur Anapæſto. 167. ἑλκομενοι] In numero hic variant & variarunt Libri: ἑλκομενος, ενεπαξεν, μηχαναται bonum: Et bonum quoque ἑλκομενοι, ενεπαξαν, μηχανωνται, pro quo Aldus cum MSS. Angl. μητιονται: Iſta vero confuſa prava. 173. Ζυγον γ' αρηγει. Ποτι κεντρον δε τοι] Exciderat fulcrum, ut millies, idque MS. Angl. γ. recte repoſuit, ne Colon Choriambicum concideret: γενικως hæc omnia dicuntur, ut monui, ideoque fulcrum etiam bonum: Apage illud *mihi*, quod in Verſione Latina ex Schmidio. 175. Αδοντα δ' ειη Με τοις αγαθοις ὁμιλειν] ἀδοντα, *placentem*, legendum ſine dubio: Et hoc voto generalia pulchre concludit optimus Pindarus.

ODE

ODE III.

Col. 1. Ηθελον Χειρωνα κε Φιλλυριδαν] Metricus, ὁμοιον τῳ, αμβολας τευχης ελελιζομενα: Colon eſt ſeptimum Od. 1. Pyth. 8. Φης' αγροτερον] Hæc non ſeparanda, & recte Scholiaſtes antiquus hoc de corpore, ſequens de animo accipit: Nihil planius aut apertius. 9. Νυν εχοντ' ανδρων φιλον' οἰ-] Metricus, προσοδιχον: Aperto errore: Colon eſt, vel Epichoriambicum Dimetrum Acatalectum, vel Trochaicum Hepthemimeres: Et ſic apparet, quam inepte Schmidius pro Νοον, quod omnes Libri habent, ſcripſerit Νυν: Nam Tribrachys eſt pro Trochæo, neque Synizeſis adhibenda in iſta voce. 11. Τεχνον' ανωδυνιας] Ita Schmidius: Omnes Libri conſtanter Τεκνον ανωδυνιας: Nam Palatinus C. ſuperſcripta litera correctus fuit ab aliquo Grammatico: Elegantiſſima eſt antiqua lectio, ſi τεκνον ανωδυνιας referas ad ipſum Chironem, cujus matrem Philyram figurate ανωδυνιαν fingere & vocare potuit Pindarus: Sic appoſite etiam duo Synonyma ſeparantur, & perſonis tribuuntur diverſis: Chironi ſcilicet τεκνον ἀμεγον ανωδυνιας γυιαρκεος: Æſculapio vero παντοδαπαν αλκτηρα νουσων: Quæ de uno Æſculapio ſunt nimia, præſertim ubi ſic omnia de diſcipulo, nihil de magiſtro dicitur, quod ad Medicinæ peritiam pertineat: Attende: Sic non mutabis, quod

omnes Libri tuentur auctoritate ſua: Κρονος eſt tempus: Eique commode jungitur uxor, cujus dos erat ανωδυνια, quia in ipſo tempore eſt, quod omnibus medetur, omnesque dolores tollit: Eo reſpicere potuit Pindari eruditio: Ego certe hic Libros ſequor: Poſt γυιαρκεος ſic ponendum Comma. 13. αλκτηρα νουσων] Ita legere Metrum Encomiologicum jubet. 14. Φλεγυα] Φλεγυια etiam perperam Aldus & Calliergus: Id ipſum Metrum reſpuit. 18. Εις Αϊδα δομον, εν Θαλαμῳ, κατεβα] Hæc mera balbuties eſt, ſi Interpretes audias: Ego nullus dubito, quin ipſe Pindarus manu ſua ſcripſerit, Τοξοισιν ὑπ' Αρτεμιδος, Εις Αϊδα δομον εκ Θαλαμω κατεβα: Sic nihil aptius: Idioma decepit miſeros, & ſic εκ in εν mutatum: Vident omnes. 25. Αλλον αινησε γαμον, κυβδαν πατρος] Metricus ad Verſum Strophæ in Scala, χοριαμβικον τριμετρον καταληκτικον: Talis eſſe poteſt Verſus iſte: Nam αρχεος Aσ Choriambus eſt: Sed in hoc & aliis gemellis ne Choriambi quidem extat veſtigium, ſi recte metiamur: Dicam verbo: Aut erravit Magiſter ſolam Stropham conſiderans, aut corruptus eſt a Scribis & legendum, τροχαϊκον τριμετρον καταληκτικον: Talis eſt Verſus: Hic ſcilicet litera εφελκυστικη apponenda: Αλλον αινησεν γαμον, κυβδαν πατρος: In Verſu Strophæ vero γυιαρκεος fulcro ſtabiliendum: γυιαρκεος γ', Ασκλαπιον: Sic omnia

nia ſibi conſtant. 28. Ουκ εμειν' ελθειν τραπεζαν νυμφιαν] Metricus, τροχαϊκον τριμετρον καταληκτικον, Πινδαρικον: A mala manu huc acceſſit Πινδαρικον: Nam Trochaicum Trimetrum Catalecticum eſt vulgare, absque Jambo, qui facit ut Trochaica Pindarica dicantur iſta: Pertinere poteſt nomen vel ad præcedens, vel ad ſequens Colon: Id apparet ex illis, quæ ſupra jam habuimus in Metricis: νυμφιαν invexit Schmidius ſuo arbitrio, & Editores Angli invenerunt in uno Ms. C. 71. Alii omnes νυμφιδιαν conſtanter: Recte, vel ſaltem non male, ubi certo certius Dactylus pro Trochæo eſſe poteſt. 31. Οια παρθενοι φιλεοισιν ἑταιραι] Metricus, ὁμοιον τῳ, ται δ' ὑπερ Κυμας ἁλιερκεες οχθαι: Colon 34. Od. 1. Pyth. Metrum variat, & pro Syzygia Trochaica ἑπτασημῳ, in hac Epodo prima eſt Syzygia Trochaica ἑξασημος: Nihil facilius aut planius: Quid tamen bonus Schmidius? Ut ἑπτασημον habeat, ſecundam in παρθενοι producit uno decreto ſuo. 38. Οστις αισχυνων επιχω-] Metricus, διμετρον τροχαϊκον επιχοριαμβικον: An ipſe ſcripſit, διμετρον τροχαϊκον η επιχοριαμβικον? Colon revera vel Trochaicum vel Epichoriambicum eſt: Diximus ad Col. 9. Strophæ, quod huic ſimile, & ubi Metricus corruptus, ut conſtat etiam hinc. 39. ξια, παπταινει τα πορσω] Metricus, Ιωνικον απ' ελασσονος, διμετρον καταληκτικον: Imo ακαταλη-

κτον:

χτον: Et ſic corrige. 42. Εσχε τοιαυταν μεγαλαν ανατα̃ν] Hic recurrit ανατα̃ν, ut ſupra, & ſcribendum etiam αFα̃λαν, ut ſupra, ne Verſui fiat injuria: Sed quid? Dicam plus: Nonne etiam απατα̃ν hic legeretur rectius? Ita hercule videtur mihi: οψεως απατη̃ eſt hallucinatio: Simile λημα̃ος απα̃λη: Et attende: Non narratur hic pœna, ſed error Coronidis: Locique cohærentia eſt perſpicua: Quare ſuſpectum mihi eſſe incipit totum Æolicum αFατα, quod ab Ineptulis forte, qui ſapiebant ſibi, & quidem in ſecretioribus: Tales enim errores etiam multi in Libris: Neque alibi αFατα hoc, quam in duobus hisce locis Pindaricis ſibi vicinis, quantum ego ſcio: Vide & cogita mecum: Plerique Grammatici α in ααται pro Pleonasmo habent: Sic Digamma Æolico non poterat eſſe locus. 43. λημα Κορωνιδος] Ita legendum: λημμα dignum eſt Morbonia. 48. Πυθωνι τοσσ' εισαϊεν] Illud εισαϊεν a Schmidio eſt: Alii omnes εσαϊεν: An Jambus peccat in loco tertio Verſus Jambici? 50. χοινωνι παρ' ευ- θυτατῳ, γνωμαν πιθων, Παντα ισαντι νοῳ] Peccat Comma poſt ευθυτατῳ: Nam iſta cohærent, & παρα jungendum cum πιθων: γνωμαν παραπιθων χοινωνι ευθυλατῳ, παντα ſcilicet ισαντι νοῳ: πεπιθων ex Jonico faceret Proſodiacum, & dubio procul ſcribendum πιθων. 53. Ψευδεων δ' υχ ἁπτεται] *Ea, quæ falſa ſunt, non attingit:* Non

Non fallitur ipſe: Interpres male. 56. ἀθεμιν τε δολον] Hoc etiam ſtabilit απαταν ſupra V. 42. 63. Ες κακον θρεψαις εδαμα-] Rectius Aldus εδαμασ-: Periti vident. 65. Αμα Δ' εφθαρεν, πολλαν τ' ορει πυρ εξ ενος] Sine dubio εφθαρεν ſcriptum eſt pro εφθαρησαν: Sic ſequentia una cum επαυρον præcedenti longe aptiora ſunt: Pro πολλαν τ' ορει Libri quidam non male πολλαν τ' εν ορει: Nam Dactylus pro Trochæo eſſe poteſt commode. 67. αϊστωσεν] Eodem redit, α in αϊστωσεν ſit longa, an brevis: Nam Verſus Encomiologicus ex duobus Aſynartetis conſtat, quorum poſtrema eſt indifferens: Editores Metrum non intellexerunt: πυρ αϊστωσεν cohæret, nec ὡς ſubaudiendum, ut Grammatici volunt, εφθαρεν perperam accipientes. 72. Τλασομαι ψυχα γενος αμον ολεσσαι] Recte ολεσσαι: Qui ſervare poteſt, & non ſervat, idem facit occidenti: Hoc eruditius longe, quam Schmidii ολεσθαι: Et alia hanc εννοιαν ſtatuminant hic. 75. Βαματι δ' εν πρωτῳ] Ariſtarchus εν Τριτατῳ: Hoc hominis ingenium prodit, & ita ſapiunt Heroes. 77. Καιομενα Δ' αυτῳ διεφαινε πυρα] διεφαινε ſignificare poteſt, quod Interpretes dicunt, ut ſenſum explanent, ſed difficilius & coacte: An legendum forte, Καιομενα Δ' αυτῳ διεβαινε πυρα? διαβαινειν, divaricare crura: Id appoſitiſſime de flamma ſeſe ſeparante dictum hic: Schmidii διεχαινε

iſta

ista lenocinia non habet: hoc vere Pindaricum. 94. νοντας, η γυιοις περαπτων παντοθεν] Ita bonus Schmidius pro περιαπτων ne Dactylus staret in loco tertio Versus Trochaici contra Libros omnes, quotquot sunt: Sibilos hercule meretur, ut Metrum suum curet, barbara inducens pro Græcis: Ubi περαπλων pro περιαπτων? 97. Ετραπεν καμειναν &c.] Recte Editores Angli Ετραπεν ex Mss. suis: Alii Ετραπε cum Versus pernicie. 99. κομισαι] Ita etiam Aldus: Metrum dictat. 102. Ριψαις δι' αμφοιν, αμπνοαν Στερνων καθελεν] Durissimum est illud δι' αμφοιν: Alii rectius ejecta distinctione, δι' αμφοιν Στερνων jungunt: Sed sic αμπνοαν inter utramque vocem perquam dure interponitur: Ego ριψαις δια positum credo pro διαριψαις, postposita præpositione, ut sæpe, & distinguo, ut ea de re constet, Ριψαις δι', αμφοιν αμπνοαν Στερνων καθελεν: Sic nulla durities adest, & commode χερσι διαριψαις ad αμφοιν αμπνοαν στερνων καθελεν se applicat: καθελεν pro καθειλεν haud dubie requirit Metrum. 105. νος ενεσκηψε μοροι] Colon Jonicum hic mavult, νος ενεσκηψεν μορον: Ipsa Phrasis non est ambigua. 108. Γνοῖα το παρ ποδος, οιας εἰμεν αἰσας] Recte Γνοντα: Sic Versus Encomiologicus sibi constat, quem evertit plane Γνοντας: *Scientem, quod ante pedes est* omnesque scire possumus statim: *qualis* nempe *simus sortis.* 109. Μη φιλα ψυχα βιον αβα-

ἀθανατον Σπευδε] *Ne quære vitam immortalem:* Hoc dicitur reſpectu Hieronis, cui Medicum vult, qualis erat Chiron, morbis omnigenis curandis aptum: Sequentia oſtendunt. 111. Ει δε σωφρων αντρον εναι'] Omnes Libri, Ει δε σωφρων αντρον εναιεν: Quod ita abrupit Schmidius, ut ſyllabis proſpiceret: Probare non poſſum, quia talis αποκοπη in his Pindaricis nullibi, ſi bene memini: Aliud igitur requiritur, ut Metro Trochaico vel Epichoriambico ſit menſura ſua: Lege, αποκοπη aliter inſtituta, vel Ει δε σωφρων αντρ' εναιεν, vel Ει δε σωφρων αντρα ναιεν: Diphthongus ante vocalem corripitur, ut nemo neſcit in tanta exemplorum copia: Ms. Angl. C. 71. peſſime ευ ſyllabam poſtremam τυ εναιεν, transferebat ad Colon ſequens: Id enim ſic trucidatur plane: Nihil apertius. 117. σχειν ανδρασι θερμαν νοσων] Colon Jambicum requirit ανδρασιν θερμαν. 118. Η τινα Λατοϊδα Κεκλημενον, η πατερος] Perquam inepte hæc de ipſo Æſculapio & ipſo Apolline accipiunt plerique Interpretes: Nam & τινα γενικον eſt, & de diſcipulis agitur, quos ut magiſter mitteret Chiron: Talis autem non erat aut eſſe poterat Apollo: Res eſt evidens: Tu igitur γενικα ut decet, γενικως intellige cum Schmidio: Si in antro adhuc degeret Chiron, carminibus meis forte delinitus, viris egregiis vel ſeipſum medicum præberet, vel aliquem Apollinis aut Jovis di-

dictum filium; qui scilicet apud eum esset, ut artem Medicam addisceret: πατερος ad Λατοϊδα relatum aperte designat Jovem Apollinis patrem: πατης ανδρων τε θεων τε hic non convenit: Attende autem ad Κεκλημενον; quod ostendit Pindarum parum credulum in istis Deorum filiis: Distinctionem insignem inter οντα & κεκλημενον haud dubie nosti. 120. Και κεν εν ναυσι μολον, I-] Hoc etiam Colon claudicat: Scribe, Και κεν εν ναυσιν μολον, I-. 124. Ος Συρακοσσαισι νεμει, βασιλευς Πραϋς αστοις] Ita male distinguitur: Nam νεμει non construitur cum casu tertio: Distingue, Ος Συρακοσσαισι νεμει βασιλευς, πραϋς αστοις: Sic casus tertius convenit: Neque aliter antiquus Interpres ad initium Odæ. 133. κος ἑλε Κιρρᾳ ποτε] Quid ποτε? Illudne convenit? Cras credam, non hodie: Talis morator Hieroni non erat Pindarus: Et ipsa mora hic absurda propter comitantem Medicum, qui recentem victoriam desiderat: Scribendum autumo plane, Τους αριστευων Φερενι- κος ἑλε Κιρρᾳ ποσι: Sic nihil accommodatius: Versui etiam adhibenda est medela: Lege κος ἑλεν Κιρρᾳ ποσι, vel ος ἑλ' εν Κιρρᾳ ποσι. 139. μελπονται θαμα] Id Metrum Jambicum sibi requirit.

151. Λαγεταν γαρ τοι τυραννον δερκεται] Recte: τιν præcedit, & personam demonstrat: Portus cum Versus Trochaici dispendio imperite, Λαγεταν γαρ τυ τυραννον δερκεσθαι: τυραν-

τυραννον cum Emphaſi accipiendum: qui ſolus imperat. 156. Καδμῳ λεγονται μακαρων] γε poſt λεγονται Jambicum Dimetrum proſcribit, & recte omiſſum hic. 161. Αϊον Θηβαις, ὁπο δ' Αρ- μονιαν γαμεν βοωπιν· Ο δε &c.] Verba ſunt perplexa, & duo promiſcue ſumti, accuratius debuiſſent diſtingui: Id ego non dubito, quin Poëta fecerit, & infruniti Amanuenſes neglexerint: Scribe, Αϊον Θηβαις· ὁ γ' ὁ δ' Αρ- μονιαν γαμεν βοωπιν· Ο δε Νηρεος ευ- βουλου Θετιν παιδα κλυταν. Nihil apertius. 168. Διος δε χαριν Εκ προτερων μεταμει- ψαμενοι &c.] Διος χαριν μεταμειψαμενοι jungendum puto, ut χαριν a μεταμειψαμενοι pendeat: Sic longe convenientior & ſignatior eſt locus: εκ προτερων καματων μεταμειψαμενοι χαριν Διος: Interpretes Antiqui hic ſplendide ineptiunt: Credo illos εκ προτερων a καματων diſtinxiſſe: Alias non video, qui ita ineptire potuerint: Διος δε χαριν εκ προτερων μεταμειψαμενοι, καματων ἑσασαν ορθαν καρδιαν: Et ſic Libri forte quidam perperam olim. 173. Τον μεν οξειαισι θυγα- τρες ερημωσαν παθαις Ευφροσυνας μερος] Nota ερημωσαν τον ευφροσυνας μερος: Minus obvium eſt. 189. Ολβος ουκ ες μακρον] Recte pro Ολβος δ' ουκ, ut Metro Trochaico bene ſit. 190. Ος πολυς ευτ' αν επιβρισας ἑπηται] *Quæ felicitas multa ſi ingruens ſequatur:* Ad copiam pertinet επιβρισας, quæ inſtat & urget. 191. Σμικρος εν σμικροις, με-

μεγας &c.] Parvus apud parvos, magnus apud magnos, ſic ſeſe efferens nunquam.

198. Νεστορα και Λυκιον Σαρπηδον', ανθρωπων &c.] Ita cum Schmidio lego: ανθρωπων φατις ad Νεστορα και Λυκιον Σαρπηδονα apponitur: Neſtorem & Sarpedonem, de quibus creber eſt hominum ſermo: Si ανθρωπων φατις eſſet caſus primus, legendum foret, Νεστορα και Λυκιον Σαρπηδον' ανθρωπων φατις

Εξ επεων κελαδεν- νων, τεκτονες οια σοφοι,
Αρμοσαν γινωσκεμεν. Α δ' αρετα &c: ανθρωπων φατις ἁρμοσαν γινωσκεμεν, pro γινωσκειν Dorice: τεκτονες οια σοφοι pro τεκτονες οἷον σοφοι: Sic verba cohærent ſatis apte, & non neceſſe, ut Ellipſes advocemus ineptas & plane inauditas; ſed alterum præſtat, nec ab eo recedendum, præſertim, ubi ex Scholiis erui poteſt, tanquam ex Libris antiquis: κελαδεννων etiam Aldina. 205. Παυροις δε πραξασθ' ευμαρες] πραξασθ' aperte reſpicit præcedens αρετα, & illos, qui αρετᾳ præſtant, ſibique gloriam parant, quam κλειναι αοιδαι faciunt diuturnam: Qui de Poëtis & Poëſi accipiunt, munerum petitionem hic etiam Pindaro obtrudunt invito: Ego eum ita degenerem fuiſſe non puto: Et ipſum illud præcedens, Ει δε μοι πλουτον Θεος αβρον ορεξαι,

Ελπιδ' εχω κλεος ευ- ρεσθαι κεν υψηλον
προσω, mihi Satyrice dictum videtur in Poëtas mercenarios.

ODE IV.

Col. 4. Μοισα, Λατοιδαισιν οφειλομενον] Alii Λατοϊδαισιν: Non male, ſi dimenſionem vulgatam ſequaris, vel Aſynartetum ex Trochaico Penthemimeri & Anapæſtico Monometro ſumas: Dactylus enim pro Spondeo adhibetur perbene: Alterum Aſynartetum ex Monometro Trochaico & Dactylico Penthemimeri vix Dactylum admitteret propter Dactylos ſequentes: Diximus ad Od. XI. Olymp. οφειλομενον cum ουρον conjunctum non diſplicet quidem, ſed hic tamen, ne quid diſſimulem, mallem οφειλομενων: ουρον ὑμνων οφειλομενων Λατοιδαισιν Πυθωνι τε. 7. Διος αιητων παγεδρος] Ita Schmidius ex Aldina: Quid de αιητων ſentiamus, monuimus ſupra: Metricus, μετρον Ιωνικον απ' ελασσονος ανακλωμενον: Legit, ut praeter Aldinam legunt aliæ omnes: Nam αιετων facit, ut ανακλασει ſit locus: Periti vident, & bonus Schmidius nec Metricum, nec ipſam ανακλασιν intellexit: Variat autem Colon, & unum adhuc ανακλωμενον refert Stropha β, δεσιν αναπασαντες αμοις: Alia ſunt Jonica cum Syzygia Trochaica: Et hanc variationem nota: Et Jonicum rectum opponi poteſt Jonico ανακλωμενῳ, & utrumque Jonico habenti Ditrochæum pro Jonico.

9. λαους τυχοντος γ', ἱερεα] Illud ἱερεα mihi perquam ſuſpectum eſt, & ab ineptulis vi-

detur profectum, qui in re Metrica erant pueri: Diphthongus ante vocalem recte corripitur & ρεια Jambus eſt: Lege igitur neglecto γ', λωνος τυχοντος ἱερεια: Tribrachys pro Spondeo eſt vel Jambo: Bonus Schmidius retento γ', contrahebat ιε in unam ſyllabam, ut ipſum Spondeum haberet ad captum ſuum. 10. Χρησεν, οικιστηρα Βατ[τον Καρποφορου Λιβυας· ἱεραν Νασον &c.] Prava diſtinctio: Scribe, Χρησεν οικιστηρα Βαττον Καρποφορου Λιβυας, ἱεραν Νασον ὡς ηδη λιπων Κτισειεν &c. Figura eſt notiſſima, & ita ſcriptum pro Χρησεν, ὡς οικιστηρ Βαττος Κτισειεν &c. 13. Κτισειεν ευαγμα[ον] Metricus, χοριαμβικον διμετρον καταληκτικον: Sic Choriambus mutilus excipit Syzygiam Jambicam, ipſumque Metrum eſt vagum & incertum: Quod ego non probo: Monuimus etiam ad Od. 2. Olymp. Colon eſt Aſynartetum Dimetrum Catalecticum ex Monometro Jambico & Monometro Trochaico: Syzygia Jambica hic eſt ἑξασημος, quæ in aliis ἑπτασημος: Mirum quod bonus Schmidius non ſcripſerit Κτισσειεν. 32. Διφρους τε νωμασοισιν αελλοποδας] τε hic non copulat, ſed auget: *Currus etiam gubernabunt citos:* νωμασοισιν referendum ad Αστεων, & pro copula eſt δε poſt δελφινων: Ita τε pro και ponitur aliquando: Si vis tamen, ut cohærentia ſit apertior, pro Διφρους τε ſcribere Διφρους γε, non refragabor. 34. σει, μεγα-

γαλαν πολιων ματροπολιν] Metricus, προσοδικον τριμετρον καταληκτικον: Non accedo: Nam in Prosodiacis pedes alternare debent, ut monui non semel, & periti sciunt: Colon est Anapæsticum Dimetrum Acatalectum, in quo Dactyli sunt pro Anapæstis: Nihil frequentius: Errorem Metrici similem correximus ad V. 38. Od. 9. Olymp. 37. Θεῳ ανερι ειδομενῳ, Γαιαν διδοντι ξεινια, Πρωταθεν Ευφαμος καταβας Δεξατ'] Non placet Θεῳ ανερι ειδομενῳ δεξατο, & ipsum Pindarum scripsisse arbitror Θεω ανερι ειδομενω, ut imperitos deceperit Idioma, & casum secundum male acceperint pro casu tertio: δεξασθαι τινος recte dicitur, non δεξασθαι τινι: Qui Linguam callent, vident statim: διδοντι nihilominus manere potest perbene: ανερι γαιαν διδοντι ξεινια: De Colo 37. Metricus, ιαμβελεγος, τω πρωτω πενθημιμερους λειποντος μιᾳ συλλαβῃ: Nihil falsius aut ineptius, si gemella jungas & dinumeres: Bonus festinans hic etiam Epodum modo consideravit primam: Colon est Anapæsticum Dimetrum Acatalectum: cujus pedes omnes non sunt iidem: Vide: Res est aperta. 39. Πρωταθεν Ευφαμος καταβας] Tribrachys hic ubique pro Jambo in fine: Metricus, το αυτο: Jambico præcedenti. 40. Δεξατ'· αισιον δ' επι οἱ Κρονιων] Syzygia Trochaica ἑξασημος est Δεξατ' αισι: Pro qua in aliis Syzygia Trochaica ἑπτασημος: Et sic optim evariatur: Bo-

nus Schmidius mediam in αισιον producebat: Nonne egregie? 41. ελαγξε βρονταν, Αιν' &c.] Paulo plenius distinguendum est post βρονταν: Nam Αιν' αγκυραν pendet a καταβας, & αισιον δε interponitur. 43. Ναϊ χρημναντων επετοσσε] επετοσσε, verbum est, quod nunc reperitur apud unum Pindarum: Interpretes non satisfaciunt: Dicam, quod suspicor: Ad θεω id pertinere autumo: θω, θεω, θοω, θοος, θοαζω: επιθω, επιθεω, επιθοω: θοω, εθοσα, ut αοω, ηροσα, ομοω, ωμοσα, &c. επεθοσα, επεθεσσα: Duplex mutata in simplicem a quibusdam, & inde επετοσα pro επεθοσα: Talia habemus multa: Sic satis apertum est verbum, & hic sensum habet perquam accommodum: επιθοειν, *cito supervenire, accurrere, sese ostendere:* Hic επετοσσα, alibi επιτοσσαις extat: Unde liquet επι esse præpositum, & τοσσα ipsum verbum exhibere: Plane ad mentem & suspicionem nostram: θυω festinandi notione non ignotum est cuiquam: Id etiam ad θεω haud dubie referendum est, & θοω statuminat: Gemella enim sunt θοω & θυω propter literarum affinitatem: θω, θεω, θοω, θυω: χρημναντων omnes: Et scio, quid dici possit: Sed vix dubito, quin ipse Pindarus scripserit χρεμναντων: χρεμναω & χρεμνημι a χρεμαω: χρημναω & χρημνημι a χρημνος: Non obscurum est discrimen: ποτι jungendum cum χρεμναντων: ποτιχρεμναντων ναϊ αγκυραν χαλκογενυν: Interpretes perperam.

53.

53. ξεινοις ἀτ' ελ- θοντεσσιν] ἀτε ad επειων referri poteſt commode ſubaudito κατα.

55. Δειπν' επαγγελλοντι πρωτον] Pes primus eſt Trochæus, Trochaico proprius & domeſticus: Vide, quid Schmidius & Editores Noſtri dicant; ridebis, credo.

57. Φατο δ', Ευρυπυλος Γαιαοχω παις αφθιτω Ενοσιδα Εμμεναι] Γαιαοχου & Ενοσιδα de uno Neptuno vix placet ita junctum, inprimis ubi δα in Ενοσιδα Dorice eſt γα: Nonne ſcribendum, Ευρυπυλος Γαιαοχος παις αφθιτω Ενοσιδα Εμμεναι? γαιαοχος, terram tenens, poſſidens, id eſt, βασιλευς, rex, dominus: Id ſane Pindaricum & grandius.

61. Δεξιτερα προτυχον] Ita ſcribendum: Bonus Chæris cum ſuo παρατυχον jugulabat Verſum: προ de loco dicitur, ut de tempore: Ridiculi ſunt Grammatici, cum vulgatas ſuas fabellas ipſis Auctoribus antiquis pro norma loquendi obtrudunt. 62. Ξεινιον, μαστευσε δουναι] Metrum Jonicum aperte requirit Ξενιον: Et ſic recte Aldus: ανακλασις etiam hic nulla: Si pro μαστευσε ſcripſiſſet Pindarus ματευσε, ea adfuiſſet. 63. Ουδ' απιθησε νιν] Recte Interpres Antiquus, ουδ' απιθη αυτον πεποιηκε προς την υποδοχην: *Neque non flexit eum:* νιν caſu tertio, ineptum eſt Schmidii commentum. 70. σπομεναν] *ſequutam*, ut vertitur vulgo: σπομεναν, non σπωμεναν, hic habemus: Tyrones ſciunt, & Editores Angli cum Schmidio perperam

ſubtractam. 74. τεσσι φυλαξαι. Των δ' ελαθοντο φρενες] Lege, ut Jambelegus ſibi conſtet, τεσσιν φυλαξαι· Των &c. 74. εν τᾳδ' αφθιτον να- σῳ] in mari *ad inſulam hanc*: καταχλυσθεισαν ειναλιᾳ βαμεν συν αλμᾳ præcedit. 83. επιγεινομενων] Schmidius επιγειναμενων: Neſcio, quare. 88. Νυν γε μαν αλλοδαπαν] Aut Amphimacer eſt pro Dactylo, aut ſcribendum Νυν γε μεν αλλοδαπαν: Dactylicum enim eſt Penthemimeres: Mſs. Angl. μεν. 90. Εν λεχεσιν γενος] Illud εν λεχεσιν jungendum cum αλλοδαπαν: Mulieres non modo terra, ſed etiam lecto peregrinæ: Sic εν λεχεσιν Emphaticum eſt, & Lemniacarum facinus peregrinum indicat commode: αλλοδαπον, novum, abſurdum, & ſic peregrinum vere: λεχεσιν amat Colon Dactylicum: Alii λεχεσι: Sic cæſura advocanda eſſet. 96. Φοιβος αμνασει θεμισσι] Longe rectius ſcribitur αμμνασει: Nam pro αναμνασει poſitum eſt: Pueri ſciunt: Quod de litera deleta ſcribunt Editores, ut prima eſſet brevis, aperte demonſtrat, eos in re Metrica fuiſſe talpas: Colon Trochaicum eſt Dimetrum Acatalectum: De Φοιβος aliud quid muſſitaverat bonus Schmidius ad V. 55.

97. χρονῳ Δ' ὑστερῳ] δ' pro δη non placet, & δε non convenit: Aut delendum eſt Δ' cum Schmidio, aut legendum χρονῳ Γ' ὑστερῳ: Niſi in Libris quibusdam pro ὑστερῳ fuerit Δευτερῳ, & inde ortum ſit Δ, vel anno-

annotata vel corrupta lectione diversa.

99. Νειλοιο προς πιον τεμενος Κρονιδα] Durum est Νειλοιο, præsertim ubi de Cyrena agitur, quæ longe remota a Nilo: An vitium forte delitescit, & vox antiqua, quam non capiebant Scribæ, ei originem dedit? Accipe suspicionem, quæ si non proderit, certe non nocebit: Legendum fortasse, Μειλοιο προς πιον τεμενος Κρονιδα: μειλισσω omnes norunt: Id factum sine dubio a μειλω: Nam μειλια adhuc habemus pro μειλιγματα, χαρισματα, δωρα: μειλω, μειλισσω, μειλιον: Hesychius, Μειλεῖν, αρεσκειν: Sic μειλεω adest, & si scribas Μειλειν, ut scripsit forte Hesychius, ipsum μειλω: μειλω, μειλος: Ζευς μειλιχιος celeberrimus: Idem Ζευς μειλος: Vides? Sic nihil aptius esset hic: Judica igitur. 105. εν τουτῳ λογῳ] Pro τουτῳ λογῳ: Præpositio abundat. 113. Η μαλα δη μετα και Νυν, ὡστε φοινικανθεμου ηρος ακμᾳ, Παισι τυτοις &c] Locus paulo intricatior: Quod Interpretes comminiscuntur, ineptum est: μετα absolute peccat, & παισι τουτοις cum ista præpositione jungi non potest: Nam sic pessime balbutiisset Poëta egregius: Hyperbata ab Hyperbatis distinguenda, & modus in illis servandus: Ego legendum autumo mutata distinctione & mutato accentu, Η μαλα δη μέτα και Νυν. ὡστε φοινικανθεμου ηρος ακμᾳ, Παισι τουτοις ογδοον θαλ- λει μερος Αρκεσιλας· τῳ μεν &c. μέτα pro μετεστι: Id referendum

ad ſuperius πεπρωμενον Βασιλε' αμφανεν Κυρανας: Vaticinium illud adeo certum & verax, ut non modo regnaverit ille, ſed & regnent nunc ejus poſteri: Η μαλα δη μέτα και νυν: Quod mox novo ſpiritu & nova ſententia confirmat, dicens ὡστε Φοινικανθεμις ηρος &c. ασυνδετον apprime convenit, & Pindaricum eſt: αμφανεν pro αμφανε ſibi requirit Colon Trochaicum. 119. Απο δ' αυτον εγω Μοισαισι δωσω, και το παγ- χρυσον ναχος χριω] αυτον και το παγχρυσον ναχος χριου arcte cohæret: & Arceſilaum & vellus aureum: Schmidius ineptit. 124. Τις γαρ αρχα δεξαιο ναυτιλιας] δεξαιο præcedens Μινυαν reſpicit: τις αρχα ναυτιλιας δεξαιο Μινυας; quodnam initium Minyas fecit nautas? ναυτιλια requirit ναυλας: eos qui ſibi εδεξατο Μινυας? Sententia eſt perſpicua, ſed eruditior paulo: Ut δεξατο perſonam ſibi deſiderat, ita & δησειν, eademque eſt utriusque verbi conditio: Qui aliter accipiunt, errant. 147. Αλλ' ἁπαν νωτον καταιθυσ- σον] Sed per totum tergum pendebant & ſe movebant ſplendidi: απαν νωτον pro καθ' ἁπαν νωτον. 154. Ουτι πω ουτος Απολ- λων; ουδε &c.] Recte omnes ante Schmidium, Ουτι πω ουτος Απολ- λων· ουδε &c: Sic & hæc, & ſequentia conveniunt, nec ita incongrue ab Apolline & Marte ad Otum, Ephialtem & Tityum tranſitur.

156. Εν δε Ναξῳ Φαυλι θανειν λιπαρᾳ — Οφρα τις ταν εν &c.] Tale quid non contingat

gat huic Viro omnium admiratione dignissimo, qui propter animi & corporis præstantiam majora, quam conditio humana fert, sectari posset: Exempla ista allegat Thessalus, ut ostendat, quam caute ab illis, quæ humanam sortem superant, abstinendum sit, si quis plusquam humana corpore & animo possideat: Inde discat Heros ille eximius, quid faciendum sit, neque similia affectans sortem subeat similem: Admonitionem & votum continent illa: Nihil certius: Et tamen id animadvertit hactenus nemo, omnesque Interpretes, tam veteres quam novi, in his cæcutierunt misere. 169. πτηνας αριγνωτον πεδιλον] imo πτηναις, ut Spondeus sit certus: Repeto, ne observatiuncula animo tuo excidat. 175. πολιας Εξανθιεν γαστρος] πολιας pro λευκης, λαμπρης: Sic πελιος σιδηρος, & alia dicta: Venter gravidus splendet ipsa distensione sua, & album ventris sic fit splendidum: Ideo λαμπρης noto. 185. Ενιαυτους, ουτε εργον] Recte pro ουτ' εργον: Nam Colon est Jonicum Dimetrum: Aldus etiam ουτε. 186. Ουτ' επος ευτραπελον] Omnes ante Schmidium ευτραπελον: Eleganter & scite: ευτραπελος id, quod potest ευτρεπειν, id est, pudorem injicere, facere, ut faciem præ pudore aliquis deflectat: Vident omnes, & scutica dignus est homo, qui vocem adeo appositam, quæ nullibi forte occurrit hodie præterquam in hoc

hoc loco, nobis ſurripuit inſcitia ſua: Ipſum εντραπελον, credo, non vidit Scholiaſtes: Sed vel εκτραπελον, vel ipſiſſimum εντραπελον: Ad εκτραπελον pertinet, ὁ αν τις εκτρεψαιτο: ad εντραπελον, ὁ αν τις εντραπειη: Sic bonus in eo etiam cæcutivit. 187. Κεινοισιν ειπων] Ubi Χαριλλοις, Φιλυρας, & Κενταυρου χοραι præcedunt, ego plane ſcribendum puto, Κεινοισιν ειπων fœminine: Ipſum Idioma nunc omitto, & vulgata ſequor. 188. αρχαιαν νομιζων] αρχαιαν pro αρχην impenſe probo, & bonum αρχαιαν νομιζων, ſed non rejiculum ſane Chæridis αρχαν αγνομιζων: Periti fatebuntur mecum. 193. Πελιαν αθεμιν] Ipſum Peliam non noverat advena. 194. Λευκαις πιθησαντα Φρασιν] φρενες λευκαι ſunt mentes leves, & quæ fortuna ſua elatæ, omnia pro lubitu agunt, non jus, ſed fortunam ſuam conſulentes ſolam: Interpretes non expediunt.

195. Αμετεραν αποσυ- λασαι βιαιως αρχεδικᾶν τοκεων] Peccat ἀμετεραν, & legendum ſine dubio ἀμετερων: μιν eſt αρχην, & ſcriptum pro αυτην: Alii Libri νιν: Paulo melius fortaſſe: Nam de re frequentius adhibetur νιν, quam μιν; præſertim apud Pindarum: Qui αρχεδίκαν legebant pro αρχεδικᾶν, non potuerunt μιν vel νιν ſcribere: ſed vel μεν vel νυν ſcripſerunt ejus loco: Id quisque videt, qui verba modo in ordinem cogit: Αμετερων αρχεδικᾶν cum μιν vel νιν haud dubie eſt vera lectio: Editores in Notis

tis hic cespitant misere: Res est aperta.
199. κλδος — θρηνεμενοι] *exequias facientes:* Et sic επεμπον: Græcismus est purus putus. 202. κρυβδα πεμ-] Recte κρυβδα: Nam κρυβδαν Versum Jambicum jugulat.
204. κοινασαντες] A κοινασω vel κοινεω: In κοινωσαντες, ω in α ita mutasse Dores, vix ac ne vix credo. 210. Ξεινον ἱκομαν γαιαν αλλων] Versus Jambicus passus est crurifragium: Scribe Ξεινον γε ἱκομαν γαιαν αλλων: Tribrachys est pro Jambo, & Scribarum imperitia excidit vocula: Pro Φης γε in Colo sequenti, Alii omnes Φης δε: Moneo, ne repetitio imprudenti displiceat. 214. θουτ' εγνω οφθαλμος πατρος] Ita Schmidius pro εγνων οφθαλμοι: Non improbo: Nam sic Colo Jambico bene est: Sed Ms. C. Angl. 71. habet θουτ' εγνον οφθαλμοι πατρος: quod mihi non displicet: Nam cur Dores non dixerint εγνον pro εγνωσαν, ut τιθεν dixerunt pro ετιθησαν, longa in brevem mutata? 225. Ευμενεοντες ανεψιον] Nota ευμενεοντες cum casu quarto, si vitium non subsit, & ευμενεοντες ανεψιῳ non scripserit Pindarus: *Benevole excipientes; benevolum sibi reddentes patruelem*, ne quid dissimulem, loci indoles & cohærentia non amat: Vide modo sequentia. 230. Πασαν εν ευφροσυναν τανυεν] Alii ες pro εν: Doricum hoc, nec improbo: Sed aptius esse aio hic, εν jungere cum τανυεν, ut sit εντανυεν πασαν ευφροσυναν: *intendit omnes lætitiæ vires:* Inter-

terpretes junge: eos titubantes videbis.

236. Συγγενεσιν παρεκαι- ναϑ'] Ita Schmidius ex Palat. C. cui consentiunt Angl. Mss. C. & γ: Non obloquor: Fors tamen scriptum olim in Libris antiquioribus, Συγγενεσι vel Συγγενεσιν ποτικαι- ναϑ': Nam sic facilius ex eo oriri potuit vitiosum Συγγενεσι πασι κοιναϑ': Idioma decepit multos, errores-que invexit innumeros: ποτικοιναϑ', προσκαναϑ': Et hoc confirmat κοινασαντες supra.

239. ϑον μεγαρον Πελια δ'· εσσυμενοι] Ita perquam inepte Editores Angli: Nam δ' ita nunquam usurpasset Pindarus: Schmidius conjecerat, ut ex syllaba brevi faceret syllabam longam, ϑον Πελια μεγαρονδ'· εσσυμενοι: Id bonum est, & sumendum, vel ϑον Πελια μεγαρον γ'· εσσυμενοι, tibicines enim exciderunt millies, si ordinem verborum servas, qui in omnibus Libris est, excepto uno Angl. Ms. C. 71. in quo scriptum, ϑον μεγαρον Πελια· εσσυμενοι: Nam sic nec δ' nec γ' requiritur, quia Πελια certo certius ultimam producit: Pueri vident: Et sic apparet, quam stolide Angli, ordinem mutantes, δ' Schmidii retinuerunt: Hercle, nihil stolidius unquam vidi. 240. Δ' εισω κατεσταν. Των δ' ακου-] εισω est a Schmidio: Omnes Libri uno ore, Δ' εσω κατεσταν: Ferre non potuit bonus Jambum in Versus Jambici principio: Quicquamne ineptius? Sed syllabas ponderabat, neglecto Metro. 249. Τραχειαν

ερπον-

ἑρπόντων προς επιβδαν δ' ὁμως] Ut Jambelegus ſanus ſit, delendum eſt δ' ante ὁμως, & corripienda poſtrema in επιβδαν: quod ſic non dicitur Dorice pro επιβδην, ſed α breve habet jure ſuo: Talia plura, quæ pro η, α breve, & contra adſumunt, idque ſine dubio etiam eſt ex Idiomate: Quicquid ſit, πιβδαν Dactylus eſſe debet, neque de longa hic cogitandum: In Editione Schmidii & Benedicti δ' omittitur, & nihil tamen de iſta omiſſione dicitur. 250. θεμισσαμενος] θεμις, θεμιζω: Heſychius, Θεμιζετω, μαστιγουσθω, νομοθετειτω, Κρητες. 255. μωνει· τριταισι δ' εν γοναις] Aut Jambus Spondeo opponitur, aut legendum μωνει· τριταισιν δ' εν γοναις: Angl. Ms. C. 71. μωνει· τριταις δε εν γοναις: Sic Jambus abeſſe non poteſt. 258. Μοιραι δ' αφι- σταντ', ει τις εχθρα πελει Ομογονοις, αιδω καλυψαι] αφιστανται pro αφιστανται ſcriptum eſt, & ſenſus eſt, quem ex Antiquo Interprete tradit Benedictus: Nihil naturalius: Poſt Ομογονοις delendum eſt Comma, ut appareat αιδω καλυψαι ab εχθρα & πελει regi: Talis ſimultas, quæ pudorem abjicit. 261. Ου πρεπει νων χαλκοδορους ξιφεσιν] Ita ipſe Verſus legere jubet: χαλκοτορους, τους τω χαλκω τιτιτρωσκουσιν eſt, ut monet Antiquus Interpres. 262. Ουδ' ακοντεσσι μεγαλαν προγονων] Scribe Ουδ' ακοντεσσιν μεγαλαν προγονων, ne Colon claudicet. 267. πλυτον πιαινων] πιαινων hic primam corripit: No-

Nota. 277. Αχα] Scribendum proprie αχη: αχη, ut αχην pro κατ' αχην: αχη, αχη, αχην: Heſychius, Αχη, αιχμη σιδηρε, η ἡσυχια, η θεραπεια, η ιαμα⟨τα. 278. Δ' ανταγορευσεν και Πελιας· Εσομαι Τοιος] Ita legendum: Εσσομαι Τοιουτος Verſum Jambelegum, & Verſum Trochaicum trucidat uno ictu: Editores Angli ſe Mſs^tos ſecutos dicunt. 291. Ει μεταλλατον τι] Non improbo μεταλλατον; ſed ubi ad loci ingenium & verborum cohærentiam attendo, longe accommodatius fore aio, ει μεταλλατ⟨ον τι: Somnium erat apertum & dubii plane expers; Vident omnes. 292. ο· τρυνει με τευχειν ναϊ πομπαν] *ut eo claſſem mittam*: Optimum eſt με, inprimis ubi præceſſit, Αλλ' ηδη με γηραι· ον μερος ἁλικιας αμφιπολει. Σον δ' ανθος &c. Et ſic perbene etiam ſequitur, Τουτον αεθλον ἐχων Τελεσσον: Tu laborem iſtum pro me ſuſcipe: ελθοντα προς Αιητα θαλαμους V. 285. etiam reſpicit ipſum Peliam. 294. Τελεσσον· και τοι μοναρχειν] Cum Aldo haud dubie ſcribendum Τελεσον: Nam Colon eſt Jonicum a minore. 296. καρτερος Ορκος αμμι μαρτυς εστω Ζευς &c.] Diſtinguere malo, καρτερος Ορκος αμμι· μαρτυς εστω Ζευς ὁ γενεθλιος αμφοτεροις: vel καρ⟨ερος Ορκος· αμμι μαρτυς εστω Ζευς ὁ &c. Pro αμμι Alii αμμιν: Id arripere debuiſſet Schmidius, ut in Trochaico Spondeus opponeretur Spondeo. 301. Αταρ Ιασων αυ⟨τος ηδη] Ita Schmi-

Schmidius: Libri omnes Αυτας Ιασων: Non male: Nam Dactylus pro Trochæo non peccat. 302. εοντα πλοον Φαινεμεν παντᾶ] Elegans & Emphaticum eſt εοντα: *exiſtentem*, certam, non differendam, præſentem, decretam: Ita Græci ειναι, ον, οντες, &c, adhibere ſolent: Dixímus alibi: ενοντα Schmidii ineptias olet: παντᾶ ſententia requirit, & cum ſententia Verſus, ſi Epichoriambicum ſumas cum Metrico: Si enim præferas mecum Aſynartetum vel ex Monometro Trochaico & Penthemimeri Dactylico, vel ex Penthemimeri Trochaico & Monometro Anapæſtico, utroque modo πάντα ſtare poteſt, vel vi cæſuræ ſcilicet, vel Aſynarteti privilegio: Periti vident: At ſententiæ hic potior habenda eſt ratio, & ſic παντᾶ omnino præferendum: φαινεμεν παντᾶ. 318. κε- χλαδοντας ἠβᾳ] κεχλαδοντας vox eſt non protrita: Idem ſignificat, credo, quod πληθυοντας: χλαω, χλαζω, κεχληδα, κεχληδω, κεχληδων: κεχληδοντας ἠβᾳ, πληθυοντας ἠβᾳ: A χλαω & χλαζω eſt χληδος, σωρος, πληθος: Καλλινικος ὁ τριπλοος κεχλαδως Olymp. 9. V. 3. ab Etymologici M. Auctore ſimiliter πληθυων exponitur: Non inepte; ſed aliud ibi verbum: χλαζω, ηχεω, φωνης μιμητικον eſt: Inde κεχλαδως: Heſychius, Κεχληδεναι, ψοφειν, προσλαλειν: Legimus etiam ibi, Κεχλαδᾶν, χασκειν: & Κεχλαδοῦσι, χασκουσι: Quod aliud iterum: χαλαω, χλαω, extrita litera: Inde

πεχλαδᾶν & πεχλαδῶσι: χλαω, πεχλαδα, πεχλαδαω, πεχλαδεω: Hæc pulchre congruunt: χλιδος aliud, & a χλιω deductum: quod proinde non confundendum cum χληδος: neque χληδαω cum χλιδαω: Plura alias: hæc ſufficiunt hic. 319. τον δ' Ερυτον] ubi πεχλαδοντας ἡβᾳ interponitur, legere præſtat τον τ' Ερυτον: Nemo dubitet, qui Græce ſcit.

323. τυνευ βασιλευς ανεμων] Pæon ſecundus pro Jonico: Nam τυ in ευ῀ρυνευ corripitur: Aldus τυνευ βασιλευς ανεμων: Sic ipſe Jonicus adeſt. 327. Ημιθεων- σιν πεδον γ' ενδαιευ Ηρα] ενδαιευ Ημιθεοισιν, δαιευ ευ Ημιθεοισιν: *accendit in Semideis*: Ita accipe. 330. Τον αχινδυνου παρα ματρι μενειν] Laborat Verſus: Schmidius nihil monens edidit Τονδ' αχινδυνον: Quod coactum eſt: Ego ſcribo, Τον γ' αχινδυνον παρα ματρι μενειν: Tibicines, ut dixi, millies neglecti ſunt: Sed Aldus, quem inſpicio, habet, Ταν αχινδυνον: Optime: Dores enim αιωνα etiam extulerunt fœminine. 331. αλλ' επι και θανατῳ] *Sed etiam morte*, moriendo: επι θανατῳ pro θανατῳ abundante præpoſitione, elegans eſt Græce. 334. Ες δε Ιωλκον επει] Ita legendum ſine dubio: κλειſας Ιωλκυ habuimus etiam ſupra in hac Oda: Apoſtrophe loca corrupit multa, & Pindarus, ut monui in principio, hiatus amat. 335. κατιβα ναυſιν αωτος] Hoc purum putum eſt: Aldus κατιβαν αυτων αωτος: Lectio ineptiſſima, & ab operis, credo, pro-

profecta: In qua bonus Schmidius oſtendere voluit acumen ſuum: Dicam verbo: αυτων αωτος non dicit, quod Auctor dicere voluit: Argonautas enim non deſignat, ſed Argonautarum optimos, aliis relictis: Plane contra ſcopum Auctoris: ναυτων αωτος contra plane appoſitum: Omnes enim comprehendit, & præſtantiſſimos ſimul vocat: ναυτων αωτος ſcilicet eſt ναυται αριστοι & ναυ∫των αριστοι: Vidimus etiam in præcedentibus, & locutionem non ſatis intelligunt Interpretes, eo ipſo errantes. 339. θεοπροπιων] Hoc a Schmidio eſt: Omnes Libri conſtanter θεοπρεπιων: quod mirum fere: An θεοπρεπιων eſt ab adjectivo θεοπρεπης, & ſic θεοπρεπιων ορνιχεσσι και κλαροισι ιεροις jungendum, ut iſta auguria & iſtas ſortes εξαιρετως dixerit Pindarus, quæ Diis conveniunt, & digna ſunt, quæ voluntatem eorum declarant? Hoc non rejiculum ſane: Sic ipſis illis auguriis & ipſis illis ſortibus Mopſus navem aſcendere feciſſet exercitum, & θεοπρεπιων ορνιχεσσι και κλαροισι ιεροις αμβασι jungendum etiam eſſet arcte: Attende: Sic auctoritatem Librorum tueri poſſumus. 341. εμβαλε Κρεμασαι αγκυρας υπερθεν] Κρεμασαι, ut ſupra V. 43. κρεμαν∫ων ex ſuſpicione noſtra. 345. και ωκυπορους &c.] Hæc ſtricte cum præcedentibus cohærent: Bonus Schmidius ineptit, & προσωποποιιας Pindaricas non intellexit. 347. Νυκ∫ας τε, και ποντου κελευθους, Αμματ' ευφρονα]

Ineptit illud και ποντου κελευθους, ubi præcessit κυματων ριπας ανεμων τε: Nam id ipsum est ποντου κελευθους: Quin & και ποντου κελευθους incongrue inter νυκτας τε αματα τε interponitur: Hæc certissima sunt, & faciunt, ut locus non possit non esse depravatus ab illis, qui nihil adamant sanum: Scribe, Νυκτας τε κατα ποντυ κελευθους Αματα τ' ευφρονα: Sic nihil aptius aut decentius: Tribrachys est pro Jambo: Id etiam fefellit miseros.

354. Αμπνοαν δ' ἠρωες ε- σασαν Θεου &c.] Locus iterum ineptus, utut accipias, & ineptum etiam αμπνοαν εσασαν ipsa forma & indole sua: Non dubito, quin depravatus quoque sit a Corculis ineptis: Scribendum suspicor, Εν πνοαν δ' ἠρωες ε- σασαν Θεου σαμασι Πιθομενοι· εν Dores pro εις: εστασαν εις πνοαν, *ad ventum steterunt: steterunt ventum exspectantes:* Græcismus est elegans: De Noto sequitur: Pro εν πνοαν scriptum εμπνοαν & αμπνοαν: Nihil pronius: Sententia nunc est accommodatissima: Ms. C. 71. Αμπνοαν δ' οἱ ἠρωες Εσταν: Non male Versui: Nam Trochaicus, Αμπνοαν δ' οἱ ἠρωες, numeros habet suos, quia media in ἠρωες a vocali sequente potest corripi: Sive autem Εσταν, sive στασαν legas, Asynarteto bene est: Editores in Metro sunt pueri. 356. Πιθομενοι] Ita Schmidius pro Πειθομενοι, quod Libri habent omnes: Sic etiam Dactylus est hic in principio Versus Trochaici: Junge V. 301.

360.

360. ρησε τραχειαν εκ παλαμαν ακορος] Certo certius legendum eſt ταχειαν εκ παλαμαν: Nam prima in τραχειαν longa eſt, & Jambelego infligit vulnus lethale: Pueri vident: εκ παλαμαν ταχειων, *manibus celeribus:* Apage, apage ineptum *e manibus:* Græcismum omnes tenent. 365. Θρηϊκιων αγελα Ταυρων ὑπαρχεν, και θεοκτιστον λιθων βωμοιο θεναρ] Incerta lectio: Dicam paucis: θεοκτιστον vertunt *a natura factum:* An recte, ſummopere dubito: Nam θεος & θεοκτιστον ita uſurpare non ſolent Græci: νεοκτιστον longe certius, & etiam appoſitum plane: Facile enim βωμοιο θεναρ λιθινον ſtruere poterant Argonautæ, qui ut diſerte præmittitur, εσσαντο ἀγνον ibi Ποσειδαωνος εναλιου τεμενος, neque ad opus adeo leve advocandus erat θεος απο μηχανης: Orpheus, Scriptor antiquus ſine dubio, in Argonauticis V. 600. meminit βωμε, ὁν λιθακεσσιν αρηροτα ετευξαν Heroes Rheæ: Alia prætereo: Res non indiget teſtimoniis: Ego certe νεοκτιστον præfero: quod aſpernati ſunt Naſutuli propter ὑπαρχειν nimis ſtricte ſumtum: ὑπαρχω ſæpe eſt ſimplex *ſum*, & ita accipiendum hic: Ad ſacrificium Neptuni erat illis taurorum grex, & ara recens ſtructa ex lapidibus: Nihil facilius: De eo, quod antea aderat, non cogitandum: Id enim non exigit verbum: Scribendum igitur νεοκτιστον: Quid vero dicendum de λιθινον? Id optimum ſane, ſi in

loco ſecundo Jambici admittas Anapæſtum, qui ibi admitti poteſt ſine dubio perbene: Et ſic diſerte omnes Libri, excepto uno Ms. C. 71. in quo λιθων pro λιθινων: Fallor, aut Ineptulus, cui mens erat Schmidii, ita correxit ut ſyllabas haberet ſimiles, ipſum Metrum vel negligens, vel non intelligens. 376. Ες Φασιν δ' επειτ' εν- ηλυθον] In ενηλυθον vide Idioma, neglectum in Ες Φασιν: εν Φασιν ενηλυθον haud dubie dedit Pindarus pro ες Φασιν εσηλυθον: Periti vident. 378. νωπεσσι Κολχοισι βιαν] Scribe ne Colon Jambicum claudicet, νωπεσσι Κολχοισιν βιαν. 381. τε- τραχναμον' Ουλυμποθεν, Εν α- λυτῳ ζευξασα κυκλῳ] τετραχναμον ineptum eſt, & recte jam olim ſcripſerunt quidam τε- τραχναμον', referendum ad αλυτῳ κυκλῳ: Similiter Od. 2. V. 74. habuimus τον τετραχνα- μον δεσμον Ixionis: Ουλυμποθεν eſt a Schmidio, qui ita legit pro Ολυμποθεν, quod in omnibus Libris eſt: Non improbo: Jambus enim requiritur & pes τρισημος: Sed ubi τετραχνα- μον' cum Apoſtrophe ſcripſeris, nonne longe apertius & convenientius ſit, τε- τραχναμονι Ολυμποθεν Εν αλυτῳ ζευξασα κυ- κλῳ? Ita puto hercule: Tribrachys eſt pro Jambo, & vox mutilata ab imperitis, ut ſyllabæ etiam numero eſſent pares. 394. αντιτομα στερεαν οδυναν] Eruditum eſt αντιτομα, habito reſpectu ad herbas, quibus præcipue in re Medica utebantur: Inſpice Scholia anti-

tiqua: Orpheus etiam habet, quæ vocem ad herbas resectas pertinentem commendant: Notissimus est locus in Argonauticis: Apage, apage αντιτομα, quod nihil ponit ιδικως, & sic ελαιῳ ineptum efficit: αντιτομα jam dicta commonstrans, facit ut appositissimum sit ελαιῳ: Vident qui judicio valent. 399. αρουρον ανημφατο, Και βοας] *aratrum sibi posuisset firmiter una cum bobus*, ut fieri solet ante junctúram. 401. Ζαβελαν γενυων πνευν χαιομενοιο πυρος] Lege, ut Jambelegus sibi constet, Ζαβελαν γενυων πνευν χαιομενοιο πυρος: γενυων est Anapæstus pro Jambo in Penthemimeri Jambico, & ejus postrema est πνευν contractum: Ita Dores, ut nemo nescit: Schmidii audaciam non curo, nec Editorum hic in notis balbutiem. 406. Ηλαυν' αναβωλαχιας δ' οργυι- αν σχιζε νωτον γας] Locus paulo difficilior, quem tibi enodabo paucis: Legendum vel Ηλαυν' αναβωλαχιᾳ δ' οργυι- αν, vel Ηλαυν' αναβωλαχιαις δ' οργυιαν σχιζε νωτον γας: αναβωλαχια est glebarum conversio, qua glebæ inferiores evadunt superiores: βωλαξ, αναβωλαξ, αναβωλαχια: αναβωλαχιᾳ numero singulari humilius est, quam αναβωλαχιαις plurali: Et tamen illud hic mihi placet magis, quam alterum elatius: σχιζε νωτον γας αναβωλαχιᾳ: οργυιαν, *ulnæ mensuram*: ea altitudine, ut ulnæ mensuram scinderentur & converterentur glebæ: Id perspicuum, & quæ contra hiscunt

boni Interpretes, non merentur cujusquam attentionem in his Heroicis, quæ vere μυθικα: Colon, ut vidimus, eſt Anapæſticum: Et ſic non male Spondeus poſitus eſt in fine pro Anapæſto: In una Epodo ſecunda Anapæſtus ſtat in principio pro Spondeo in aliis; hic in fine contra Spondeus pro Anapæſto: Jambelegus Metrici id vix admitteret: Si quis Anapæſtum præfracte vellet, commode profecto ſcribi poſſet, αναβωλαχια δ' ορεγυιαν σχιζε νωτον γας: Ubi enim ad certiſſimum vocis Etymon attendimus, vix dubitandum, quin ορεγυια pro οργυια olim fuerit in uſu: Sic non modo in hoc loco habemus Dactylum, ſed quod mihi opportune in mentem venit, & haud paulo magis neceſſarium eſt, in loco Anonymi apud Hephæſtionem pro Θυρωςω ποδες επτατοργυιοι etiam perbene legi poſſet Θυρωρω ποδες επτορεγυιοι, cum Dactylo, quem ipſe Metricus invenit ſine dubio: Scis, quid de loco iſto ſcripſi, & contra me ſcripſit pædidiſſimus Magiſtellulus. 414. Ειχετ' εργω· Πυς δε νιν ουκ αιολλει] Laborat Metrum: Scribe, Ειχετ' εργω· πυς δε νιν ουκ αιολει: Sic penultima brevis eſt, ut eſſe debet: αιολω idem, quod αιολλω.

417. Βοεοις δησας αναγκας Εντεσιν &c] Ita Aldus: Non bene, niſi ita diſtinguas,

Σπασαμενος δ' αςοτρον· Βοεοις δησας αναγκας
Εντεσιν αυχενας, εμ- βαλλων τ' εριπλευρω
φυα. Κεντρον &c.

Libri variarunt haud du-

dubie, & in aliis recte etiam fuit, Σπασαμενος δ' αροτρον, Βοεοις δησεν γ' αναγκας Εντεσιν αυχενας· εμ- βαλλων τ' εξιπλευρῳ &c. Fulcrum excidit iterum: De δησαις pro δησας, non neceſſe, ut moneam. 420. Κεῖσθον αιανες, βιατας] Prima διπροδια hic eſt ἐξασημος. 422. Ιϋξεν] Sic unus Palatinus C. Alii omnes ηϋξεν: Res eodem redit, & pro ιϋζω non dubito quin multi ηϋζω: ιϋζω, ι υζω: ηϋζω, η υζω: Utrumque a ſono, & quia ιϋζω ſæpe in gaudio adhibetur, non deterius certe ηϋζω: Interpretes non intellexerunt, in voce quærentes, quod in ea non eſt. 426. στεφανοισι τε μιν Ποιας ερεπτον] Nota ερεπτον pro ερεφον: ερεφω, ερεψω: ερεπτω: Hoc verbum diſtinguendum ab altero ſignificationis alterius: Niſi mendum forte ſubſit, & ipſe Poëta ſcripſerit, στεφανοισι τε μιν Ποιας εριπτον: φυλλοβολιας meminit hic Interpres Antiquus, eaque celeberrima & ubique obvia: Illud βαλλειν exprimeret hic εριπτον, & abſtruſius paulo locutus fuiſſet Poëta eruditus: Attende: hoc non improbabile profecto, quia ερεπτω pro ερεφω revera nullibi occurrit: Ambiguum enim, quod apud Etymologum M. legitur: Videbimus alibi. 436. Ος παχει μαχει τε πεν- τηκοντορον ναυν κρατει, Τελεσαν ἀν πλαγαι σιδηρου] Ita ſcribendum: Τελεσεν, cujus meminit Interpres Antiquus, quodque ut σχημα Πινδαρικον celebrat, non eſt unius aſſis & debe-

tur infrunitis Scribis: πεντηκοντορον ναυν recte intelligendum: De lembo ſcilicet loquitur Pindarus, qui quinquaginta remis ab uno latere propellitur, & remiges ab utroque latere habet centum, ſedentes unum poſt alium recta linea; ſimiliter plane ut triremis dicitur navis, quæ tres remigum ordines habet ab uno latere, non partim in uno, partim in altero: Talis lembus eſt longus, ſed nequaquam latus: Et ſic Draco longitudine & latitudine ei non male aſſimilatur: Quia autem lembos ea longitudine conſtruere non erat moris, provide addit Poëta, Τελεσαν ἀν πλεγαι σιδηρῳ: *quam ſecuri adornarunt naupegi:* quam conſtruxerunt forte fabri: Sic Emphatica eſt adjectio, quæ cæteroquin langueſcit miſere: Oculati vident. 439. Μακρα μεν νισθαι κατ' αμαξιτον· ὡρα γαρ συναπτει &c] Longe excurrere poſſem per viam regiam: Tempus enim & occaſio alterum alteri nectit: Novi vero & diverticulum aliquod breve, quod nunc calcandum eſt mihi, qui artis iſtius breviloquæ aliis dux ſum: Κτινων &c. Ita illa accipienda: Interpretes ineptiunt, & ὡρα συναπτει plane aliud eſt, quam quod illi dicunt: ὡρα pro *hora* vix etiam Antiquioribus fuit uſurpatum: Vere eruditi ſciunt. 444. Ποικιλωνωτον οφιν, Ω'ρεσιλα] Colon Anapæſticum titubat: Fulcrum adhibe & ſcribe, Ποικιλωνωτον οφιν γ', Ω'ρεσιλα.

445. Κλεψει τε Μηδειαν συν αυ- τα, ταν Πε-

λι-

λιαφορον] Ineptum eſt συν αυτᾳ, & inepti ſunt, qui interpretando id aptum efficere ſtudent: Itane quisquam locutus eſt unquam? Nugæ, nugæ: Legendum, Κλεψεν τε Μηδειαν συν αυγᾳ: *Medeam cum ſplendore*, id eſt, vellere aureo, quod Solis inſtar ſplendebat mire: Pindarica eſt locutio: Ni ita legas, de vellere aureo hic ne γρυ: quod adeo abſonum, ut nihil magis: Breviter igitur aureum vellus Medeæ adjunctum, & utriusque furtum ſic commemoratum una: Schmidii εν αυτῳ dignum eſt ipſa Morbonia: Nam ubi δερμα, quod αυτῳ reſpiciat? Idne in vicinia? Nequaquam hercule: Quare ſic ad οφιν referendum eſſet pronomen, perquam ridicule & ſtulte: Quod nos dicimus, bonum & Authenticum: Si aliud quærendum eſſet, non diſpliceret συν αωτῳ: Id enim & vellus aureum denotat perſpicue, & Metrum Jambicum non vitiat, quia & Anapæſtus & Tribrachys eſt pro Jambo: Et hoc commendaſſet forte bonus Schmidius, ſi rem Metricam tenuiſſet: Sed me tamen ab illa ſuſpicione veriſſima non abduxiſſet ſane: Πελιαφορον conjunctim non improbo, ſed fere Pindaricum magis autumo Πελιαο φορον diviſim.

447. Εν τ' ωκεανω πελαγεσσι μιγεν, Ποντῳ τ' Ερυθρῳ &c] Hic ſine dubio per Ωκεανον intelligendum eſt mare exterum, per ποντον vero Ερυθρον mare Gaditanum, ubi inſula Erythia: Ex eo in Syrtes fuerunt delapſi: quas ſupe-

perantes, ad Lemnum acceſſerunt, & ſic in reditu fecerunt ex mente Pindari, quod in abitu fecerant ex mente Aliorum: Ea eſt horum ſententia: Alii aliter de Argonautarum illo itinere: Videbimus paulo diſtinctius alibi: Si Pindarica intelligas, ut dixi, in Oceanum magnum Argonautas deduxit eodem modo, quo Orpheus vulgo nominatus. 451. ξαντο χρισιν, εσθατος αμφις] Anapæſtum hic pro Spondeo habemus in loco ſecundo Verſus Trochaici: Recte, ut ſciunt Periti; neque neceſſe, ut legamus, επεδει- ξαν χρισιν γ', εσθατος αμφις: quod cæteroquin ſe offert ſtatim: Schmidius ineptit more ſuo, ſyllabas numerans, non pedes: αμφις pro αμφι ambiguum inducit, cujus meminit Interpres Antiquus: Cur αμφι non ſcripſit Poëta, quod certum & perſpicuum? Non adſequor: niſi Idioma acceſſerit: quod nondum compertum mihi. 453. Πεζ αρουραις τουλαχις ὑμετερας] Laborat Colon: Nam Trochæus eſſe debet pes primus: Scribendum eſt, Και συνευνασθεν. Και εν αλλοδαπαι- σι περ αρουραις τετραχις ὑμετερας: Tribrachys eſt pro Trochæo: Aldus vitio contrario αρουραισι pro αρουραις.

455. Αμαρ η νυκτες] Hoc rectius dictum, quam Αματ' η νυκτες: Sic enim ſingulum præcedens, oſtendit figuratum eſſe ſequens plurale, quod minus naturæ convenit: Noto propter naſutulos verbo. 461. Ενθεν δ' υμ-

μι

μι Λαΐοι- δας] Λαΐοϊ- δας omnes recte: Dactylus in loco quarto Trochaici: υμμι pro υμμιν haud dubie requiritur. 466. Ορθοβουλον μητιν εφευρομενοις] Ορθοβουλον μητιν dicitur in genere de prudentia, quæ desideratur ad urbes recte regendas, ut floreant cum locis subjectis: διανεμειν autem præcedens ab εφευρομενοις ορθοβουλον μητιν pendet Græcismo noto: *reperientibus ad gubernandum:* Interpretes non bene. 472. δίδοι ψαφον περ' αὐτας] Cum aliis scribo, δίδοι ψαφον περ αὐτας, ut περ ad δίδοι vel εοισα pertineat: Nam ut jam monui supra, ista Apostrophe etiam non placet mihi: ψαφον αὐτας optimum & eruditum: *sententiam sui: indicium sui:* Nemo dubitet, qui Linguam intelligat: Talia multa. 477. Μοχθον αλλοις αμφεπει Δυσταν εν τειχεσιν] αλλοις εν τειχεσιν recte jungit & explicat Benedictus. 483. τρωμαν ἑλκεος] Optime interpres *os ulceris:* τραω, τιτραω, τρωμη. 485. σαι και αφαυροτεροις· αλλ' επι χω-] Ita Schmidius ex uno Palatino C. Alii omnes σαι και φαυροτεροις: Perbene: Hesychius enim diserte suo loco, φαυρος, κουφος: φαυρος, φαυλος, φλαυρος non differunt, credo, & φαυρος statuminat αφαυρος: Nam α, επιτασις est & nihil aliud: Colon est Anapæsticum: Et in hoc uno pro duobus Dactylis est Spondeus cum Dactylo: quod ineptulis displicuit, qui syllabas ubique quærebant pares: Inde mutatio plane inutilis: Ego redu-

duco, quod ſecretius eſt, eoque nec hic; nec ullibi, niſi indoles Auctoris obſtet, carere volo. 498. Και το κλεινοτατον] Hoc melius, quam Και το κλεινοτατον, quanquam Και το Spondeus eſſe poteſt: Aldus κλεινοτατον. 499. Βατίου μειζαν, δικαιαν] Plane invertitur Metrum, & pro Jonico a minore ſit Jonicum a majore: Errore evidenti & certo: Quare recte Schmidius tranſpoſita voce ſcribendum monuit, Μειζαν Βατίου: δικαιαν pro δικην optimum eſt: Interpres Antiquus cum ſuo δικαιᾶν πραπιδων vim infert Sermoni. 501. Κεινος γαρ εν παισι νεος] Lege, ne Metro Jambico fiat injuria, Κεινος γαρ ω παισιν νεος. 504. Ορφανιζει μεν κακαν Γλωσσαν φαεννας οπος] Locus intricatior: Videamus paucis: Interpres Antiquus perperam exponit, χωριζει, αποχωριζει της ελευθερων αυτου φωνης την κακην και λοιδορον γλωσσαν, την κακογλωσσιαν: Nam ορφανιζειν eſt ορφανον ποιειν, & a χωριζειν & αποχωριζειν multum differt indole ſua: *Privat linguam maledicam ſplendida voce: linguam maledicam reddit orbam voce ſplendida:* Hoc longe aliud, quam χωριζειν & αποχωριζειν της ελευθεριου φωνης την κακην γλωσσαν: Nihil apertius, ſi animum vel leviter advertas: Cum eo igitur facere non poſſumus: Schmidius, quia perplexum eſt ορφανιζει κακαν γλωσσαν φαεννας οπος, acceptum ut naturaliter accipi debet, Hypallagen advocat, & ita ſcriptum putat figurate pro ορ-

φαν-

φαιζει φασναν οπα κακας γλωσσας: Quid dicam? In admittendis iſtis Hypallagis ego difficillimus ſum, quia parum ab ineptiis abſunt; & ſi res aliter tranſigi poſſit levi opella, id libens amplector: Accipe ſuſpiciunculam meam: Locum mihi perſuadeo leviter eſſe corruptum, & ſcripſiſſe ipſum Poëtam, Ορφανιζει μεν κακαν Γλωσσαν φασνᾳ οπι: ὀφθαλμῳ τοτε γλωσσαν κακαν φασνᾳ οπι: *oculis & facie ſplendida orphanam reddit linguam maledicam*: Maledicentiam ſerena fronte contemnit & omni vi ſua privat: ὀψ eſt facies, oculus: Et ſic cum φασνᾳ hic optime accipitur: Sequitur enim egregie in iſtum ſenſum, Εμαθε δ' ὑβριζοντας μισειν: ſerena quidem fronte maledicos temnit, ſed ſic tamen contumelioſos odiſſe didicit probe, neque in contumeliis eſt lapis, ſenſuque honeſto & generoſo caret: Character revera inſignis Viri boni, qui hic commemoratur perquam accommodate: Quare non modo verba, ſed etiam ipſa ſententia hac correctiuncula mea, ſi attendas, longe melior evadit: οπι pro *facie* & *oculis* rarius occurrit; & ſic facile decipere potuit minus peritos. 510. Ευ νιν εγναξε· θεραπων δε οι ου] Si Metricum ſequaris, legendum eſt εγναξεν pro εγναξε, ut Colon ſibi conſtet: Si me, εγναξε ſatis bonum eſt, neque litera auxiliari indiget Metrum: Vide, quæ ad V. 303. hujus Odæ notavimus: εγναξε, ὁ Δημοφιλος: Schmidius cum

cum Antiquo Interprete ineptit. 514

Και Μαν χειρος Ατλας ουρανῳ Προσπαλαιοι νυν γε, πατρῳ- ας &c.] Difficile eſt hoc Atlantis exemplum, neque ſatisfaciunt Interpretes: Visne ſuſpicionem? Legendum arbitror, Και Μαν χειρος Ατλας ουρανῳ Προσπαλαιοι νουν γε, πατρῳ- ας απο γας, απο τε κτεανων. παλαιος, παλαιοω, προσπαλαιοω: προσπαλαιοι ουρανῳ: Atlas ad cœlum, quod portat, veteraſcit, dum a patria & rebus ſuis abeſt; ſed νυν, non δεμας: Sic enim oneri ferendo eſſet impar: Nihil ſignificantius: Ipſum Ατλαντα, quanquam ατλας eſt, mordet abſentia a patria & domo: Vides? χειρος non improbum eſt, ſed forte, cum Pindarus ſcribebat, fuit κλειτος: κλειτος Ατλας: Id omnes fere exſpectent hic. Sequentia Λυσε δε Ζευς alio pertinent, & ſeparanda ſedulo.

ODE V.

Col. 1. Ο Πλουτος ευγυσθενης] Aſynartetum Catalecticum ex Monometro Jambico & Monometro Trochaico: Choriambicum Catalecticum Metrici non placet: Monuimus jam ſupra. 2. Οταν τις αρετᾳ κεκραμενον καθαρᾳ &c.] In his variarunt Libri, & alia εκδοσει uſus fuit Metricus antiquus, alia Triclinius recentior: Vide utriusque dinumerationem & dimenſionem: Ea, quam ſecutus fuit Metricus antiquus, incertior eſt, quia

quia Triclinius ſuam nobis reliquit, alia non indicata: quæ tamen rejicula non fuit, ſi ipſum audiamus Triclinium in iſtis, δι' ἧς τα λοιπα τοσαυτα εὑρων, οὐδεως διεχωρησα· μη πειθεις τῳ παλαιῳ αντιγραφῳ, και ἀγαθῳ ὀντι. Faciam, quod poſſum, & probabiliter tibi indicabo ſcripturam, quam Metricus antiquus in menſurando expreſſit: Talis fuit mea opinione,

Οταν τις ἀρετᾳ κεκραμενον
Καθαρᾳ βεβλησιος ἀνηρ, ποτμου
Αυτον ἀναγῃ πολυφιλον ἑπεσθαι.

Pro quinque Colis dedit Cola quatuor: Primum habuimus: Alia tria deſignant ea, quæ apud Metricum ſequuntur, ſed corrupta: περιοδικον ſecundum & tertium ſunt perſpicua: Et ex verbis Metrici apparet certo, quid ſit διπλους ιαμβος in Periodo: Duo ſcilicet Jambi præcedunt, & duo Trochæi cum ſyllaba ſequuntur: Quare ubi talia legis, de Jambis præcedentibus cogitare debes; ſicuti de Trochæis præcedentibus cogitare debes, ubi legis διπλους τροχαιος: Hoc indubitatum: Sed an ideo περιοδικον dicendum eſt ιαμβικον, ut hic habemus? Vix ac ne vix puto; & natura obſtat: Nam Trochaicum eſt ſyllaba fortius, quam Jambicum: Quare ιαμβικον ab ineptulo adjectum eſſe puto, qui διπλους ιαμβος non ſatis intelligebat; & ipſe Metricus ſcripſit, εστι δε διμελον ὑπερκαταληκτον: περι δικον ſcilicet: De Colo quarto Metricus, τρο-

χαϊκον μονομετρον ὑπερκαταληκτον: Corrupte ſine dubio: Legendum τροχαϊκον διμέτρον ὑπερκαταληκτον: Tale eſt Colon, reſolutis Trochæis, ut vides: Atque hæc Metri diſcrepantia eſt ſola, quæ inter dimenſionem antiquam & Triclinianam intercedit: Alia enim ordine & numero conveniunt; & Colon ſextum Triclinii eſt Colon quintum Metrici antiqui: Videbimus porro in ſequentibus. Cola Triclinii quatuor ſunt: Primum, Οταν, eſt Aſynartetum Catalecticum, ut ordine primum: Secundum, Jambicum Dimetrum Hypercatalectum: Tertium, ſimile: Quartum, Monometrum Anapæſticum plenum, cum Proceleusmatico: Schmidius ſuo more. 6. Ω θεομοιρ' Αρχεσιλα] Haud dubie legendum, Ω θεομορ' Αρχεσιλα: Nam Colon eſt Pæonicum Dimetrum Acatalectum, ut ex oppoſitis conſtat: Metricus olim recte, παιωνικον διμετρον ακαταληκτον: quod homines imperiti in Ιωνικον διμετρον mutarunt imperite. 7. Συ τοι νιν κλυτας] Recte Metricus, αντισπαστικον μονομετρον ὑπερκαταληκτον. 8. Αιωνος ακραν βαθμιδων] Jambicum Dimetrum Acatalectum Metrico: Dicemus ad Antiſtropham ſequentem. 9. Απο, συν ευδοξια] Metricus, ὁμοιον τῳ πρωτῳ: Recte: Sed ſic legendum, vel Απο, ξυν ευδοξια, vel Απαι, συν ευδοξια: Prius eſt a Schmidio, poſterius a me, & præferendum puto hic.

10. Μεταιτσεται, ἑκατι χρυ-] Jambicum Di-

Dimetrum Acatalectum: Scala Metrici mutilata est: Nam χοριαμβικον διμετρον καταληκτικον, ὁμοιον τῳ πρωτῳ, ad Colon præcedens pertinet junctim, & mensura hujus Coli a me indicata excidit: Ex numero diverso confusio orta est: Vides statim. 11. σαρμαλου Κασ'ορος] Metricus, παιωνικον διμετρον ακαταληκτον διακριτικον. ὁ εστι, παιων τεταρτος: Homines inepti mutarunt verba Metrici apta: Scribe, παιωνικον διμετρον ακαταληκτον διακρητικου. ὁ εστι, παιων τεταρτος: Duo Cretici sunt pro duobus Pæonibus: Et Creticus Metrico, vel ubique, vel saltem hic, Pæon quartus contractis duabus syllabis primis.

12. Ευδιαν, ὁς μετα χειμεριον] Metricus, τροχαϊκον διμετρον ακαταληκτον: Errat: Nam Anapæstus in loco tertio Versus Trochaici stare non potest: Colon igitur est, vel Asynartetum ex Monometro Trochaico & Monometro Anapæstico, vel Dactylicum Hepthemimeres, cum Cretico pro Dactylo in principio. 13. Ομβρον, τεαν καλαιθυσ-] Metricus, ιαμβικον, τριμετρον καταληκτικον. ὁ εστιν, ἑφθημιμερες: Male: Scribe, ut ipse scripserat, ιαμβικον διμετρον καταληκτικον: Sequens tale, sed Trochaicum, ut recte scriptum ibi. 15. Σοφοι δ' ετι καλλιον] Colon hoc non refert Colon oppositum: Legendum, Σοφοι δε τοι καλλιον: appositissimum est τοι. 16. Φεροντι και ταν θεοσ- δοτον δυναμιν &c.] Aliter Metricus antiquus, & nisi fallor, ita,

Φερονθι και την Θεοδοτου
Δυναμιν· σε δ' ερχομενον εν δικᾳ
Ολβος αμφιπεμεται, ὁτι βασιλευς

Et hæc ſcriptura melior, ſi ipſam Syntaxin reſpicias & ordinem verborum: Nihil enim eſt, quod το μεν nectit in vulgatis. 22. Δ' οφθαλμος αιδοιοτατον] Colon Jambicum Dimetrum Acatalectum: Tale etiam eſſe poteſt Colon oppoſitum Strophæ primæ: Alia abludunt, & Choriambica ſunt Dimetra Acatalecta cum διποδιᾳ Jambica, ſi Colon Strophæ tertiæ excipias, quod Jambicum quoque eſt: An Jambica & Choriambica miſcuit Pindarus? Ea amiciſſima ſane ſunt, ut ex ipſa conjunctione apparet; & tamen iſtam συγχυσιν in Pindaro admittere non audeo, quia alia exempla hactenus mihi non ſuppetunt: Quare ſcribam hic cum ſyllabarum menſore Schmidio Δ' οφθαλμος αιδοιοτατον, Colon autem oppoſitum Strophæ primæ habebo pro Choriambico, prima in βαθμιδων liquidæ beneficio correpta: Sic Choriambica habemus paria: De Colo Strophæ tertiæ ibi: συγγενης οφθαλμος recte de vultu explicat Benedictus: Et vultu & animo rex erat Arceſilaus. 24. γνυμενον φρενι· μακαρ δε και] Colon Jambicum male habet: Scribendum eſt, Γεξας τεαις τουτο μι- γνυμενον φρεσιν· μακαρ δε και: Error ab illis, qui hic male Pæonicum quærebant, in Scala Metrici olim forte notatum: Sic enim φρεσιν in φρενι mutatum ei-

eique adjunctum τεᾳ pro τεαις: Periti vident.

28. Τονδε κωμον ανερων] Hanc pompam virorum, victoriam tibi nunciantium. 29. Απολλωνιον αθυρμα. Τω, μη] Metricus, αντισπαστικον διμετρον ακαταληκτον: Vitium apertum: Scribe, αντισπαστικον τριμετρον βραχυκαταληκτον.

30. Μιν λαθετω, Κυρανᾳ, Γλυκυν αμφι &c] Locus difficilior paulo: Dicam paucis quod res est: Scribendum & distinguendum,

Τω μη
Νυν λαθετω, Κυρανᾳ,
Γλυκυν αμφι καπον
Αφροδιτας, ασιδομενον,
Παυλι μεν Θεον αιτιον ὑπερθιθεμεν,
Φιλειν δε Καρρωτον εξοχ' εταιρων·

Quare ne fugiat te, nunc Cyrenæ, dulcem circa hortum Veneris, celebratum, omni quidem rei Deum auctorem superponere, amare vero Carrhotum supra socios: τω ad θεοδοτον δυναμιν & alia præcedentia respicit apte: σε omissum est: Inde tenebræ & bonorum Interpretum errores: Sic tamen centies Pindarus, & Poëtæ, quotquot sunt: μη λαθετω σε νυν ασιδομενον, ὑπερθιθεμεν: ὑπερθιθεμεν est pro nomine substantivo, & absolute positum pro το ὑπερτιθεμεν: το ὑπερτιθεμεν θεον &c, μη λαθετω σε: Κυρανᾳ ασιδομενον, a Cyrena & civibus Cyrenæ celebratum: αμφι καπον Αφροδιτας, locum, ubi κωμος & festivitas hæc peracta: Κυρανᾳ etiam cum καπον Αφροδιτας jungi posset, sed alterum signatius & Epini-

cio convenientius: Lectio Σε λαθετω ex interpretatione orta est, & fefellit Metricum antiquum, qui eam secutus, Colon habet pro Jambico Dimetro Catalectico, primam in λαθετω producens Dorice, nec ut alibi factum, ad alia opposita mentem advertens; quæ Choriambica sunt Dimetra Catalectica cum διποδιᾳ Jambica in fine: quale est etiam Μιν λαβετω, Κυρανᾳ, λαβετω κοινως sumto. 32. Αφροδιτας ἀειδομενον] Metricus, περιοδικον, διπλυς τροχαιος, ακαταληκτον: Excidit διμετρον: περιοδικον διμετρον ακαταληκτον: Duo Trochæi & duo Jambi: Tribrachys est pro Jambo, ut Spondeus pro Trochæo.
34. Φιλειν δε Καρρωτον εξοχ' ἑταιρων] Metricus, περιοδικον, ἡ λεγεται διπλυς ιαμβος. εστι δε τριμετρον καταληκτικον: Ita in hoc Colo est διπλους ιαμβος, ut non semel, sed bis adsit: Semel in principio, & semel etiam in fine: In principio est integer, in fine est accisus: Atque inde καταληκτικον: Nam διπλυς τροχαιος inter διπλυς ιαμβους interponitur: Res est perspicua: Et tale περιοδικον, περιοδικον διπλυν vocare solent Magistri: neque ad illud designandum revera sufficit διπλυς ιαμβος: Quare verba Metrici mutilata esse credo, & leviter corrupta: Perbene scripserit περιοδικον διπλυν, ὁ λεγεται διπλους ιαμβος· εστι δε &c. Periodicum διπλουν, quod διπλους ιαμβος dicitur, quia a Jambis incipit: Vides? 36. Αγων οψινους θυγατερα Προ-] αντισπασλικον τριμετρον βραχυ-

κα-

καταληκτον: Antiſpaſtus ſecundus eſt quinqueſyllabus. 37. φασιν, Βαττιδαν] Antiſpaſticum Dochmaicum: Metricus eſt turbatus, & quod adſcriptum Colo decimo Epodi, adſcribendum huic Colo; ut contra quod adſcriptum Colo huic, adſcribendum Colo decimo ſequenti: Hoc igitur ei αντισπαστικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Legit ſcilicet, ut in omnibus ante Schmidium legebatur, φασιν, Βατλιαδαι, neque ad alia gemella reſpexit, quæ Dochmaicum aperte inculcant: Βατλιαδαι vulgatius: Atque inde error vulgaris. 38. Αφικετο δομους θεμισκεροντων] θεμισκεροντων vox eſt inepta: Haud dubie legendum θεμισκρεοντων: *cum juſtitia imperantium:* Nihil apertius: Sic etiam Aldus: Quod de Ditrochæo poſt Antiſpaſtum notat Metricus, jejunum eſt: Nam Ditrochæus eſt Antiſpaſtus bonus: Diximus etiam alibi.

39. Αλλ' αρισθαρματον] Metricus, παιωνικον διμετρον ακαταληκτον: ex duobus Creticis.

40. Υδατι Κασταλιας] Metricus, αντισπαστικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Antiſpaſtorum differentiam in his nota: Cur autem de Ditrochæo hic etiam non locutus fuit Magiſter? 42. Φεβαλε τεαισι κομαις] Scribe, ut Aſynarteto Catalectico bene ſit, φεβαλε τεαισιν κομαις: Idque Choriambicum etiam Metrici requirit. 44. Ποδαρκεων δυωδεκαδρομων τεμενος. Κατεκλασε &c.] Metricus

cus antiquus in ſuis invenit hic, ut ego ſuſpicor.

Ποδαρκεων δωδεκαδρομων
Τεμενος· κατεκλασε γαρ εντεων
Ουδεν· αλλα κραιπνοτ', ὁσα χεριαρων

δωδεκα pro δυωδεκα aperte requirit Metrum: δυοδεκα etiam legi poſſet: Sed ſic pro Trochæo adeſt Tribrachys: quem adhibere neceſſitas erat nulla: Ποδαρκεων δωδεκαδρομων eſt *equorum curſus duodecim conficientium:* Eleganter, ita abſolute: Equi illi Arceſilai ποδαρκεις ipſo quaſi nomine: Ineptiunt Interpretes, qui ποδαρκεων participium putant a ποδαρκεω verbo, quod nullibi extat: Sic ſententia etiam impedita eſt, & multum amittit de venuſtate ſua: αριστβαρματον γεγας ποδαρκεων δωδεκαδρομων: Hoc vere Pindaricum: δωδεκαδρομων τεμενος pro δωδεκαδρομων κατα τεμενος nunc etiam aptius: χεριαρης eſt a χερι & αρω, non a χειρ & αρης, ut perperam exiſtimat Schmidius: εντεων ουδεν in hac lectione melius, quam εντεων σθενος ουδεν in vulgata: Id oculati vident.

48. Τεκτονων δαιδαλματ' αγων] Colon Pæonicum Dimetrum Acatalectum eſſe debet; & tamen ita ſcriptum, eſſe non poteſt: Lege minima mutatione, Τεκτονων δαιδαλ' αγων: δαιδαλα idem, quod δαιδαλματα in eruditiorum ore: Vide Heſychium in Δαιδαλον, & Etymolog. M. in Δαιδαλος: Interpretatio irrepſit pro voce: Pes primus eſt Creticus; ſe-

ſecundus, Pæon primus: Sic Metrum optime habet. 49. Κρισαιον λοφον Αμειψεν εν καιλοπεδον Ναπος Θεου] Κρισαιον λοφον regitur ab Αμειψεν, & recte Benedictus, *quum Criſæo colle præterito pervenit ad Dei lucum:* Nam εν eſt pro εις: Schmidius balbutit. 51. τοσσ' εχει] Hæc vera lectio eſt: τοσσα per ſe ſubſiſtit, & his accuratius declarantur præcedentia: Ex τοσσ' male intellecto enatum eſt το σφ' εχει, ingratum ſane & coactum. 52. Κυπαρισσινον μελαθρον] Id hic perbene vertitur *Cypariſſina trabs:* χρεμαται præcedit, & a trabe pendebat currus: Vide Etymologicum M. in V. Μελαθρον, &c. Sic pulchre τεγει Παρνασσιω ſequitur, & *ædem* indicat *totam: in delubro Parnaſſio:* Interpretes nugantur, & de voce τεγει comminiſcuntur Græcis inaudita. 56, το, μονοδροπον φυτον] Colon hoc non poteſt eſſe Trochaicum Dimetrum Catalecticum, & ſine dubio indiget manu medica: An ſcribendum, το, το μονοδροπον Φυτον? Sic Tribrachys eſt pro Trochæo, & Metrum ſibi conſtat, ſed languet ſane articulus ante μονοδροπον: Quare dubito, nec in eo acquieſco: Aliud incidit, quod melius certe, niſi me augurium fallat meum: Legendum forte, Παρνασσιω καθεσσαν- θ', οι μονοδροπον φυλον: *Lignum ex luco ſacro ſumtum:* quod οι, ſcilicet τεγει Παρνασσιω, ideo venuſte dicitur μονοδροπον:

Id enim fumere licebat nemini, præterquam delubro, & delubri domino: Vides? Statua erat facta ex ligno, quod lucus facer fubminiſtraverat, delubrique dominus conceſſerat Cretenſibus in uſum iſtum ſacrum: Quicquamne accommodatius? μονοδρομον, quod ut vulgo ponitur, parum congruum eſt, ſic etiam appoſitiſſimum hercule evadit. 58. Νοᾳ τον ευεργεταν Υπαντιασαι &c.] Hic iterum diſcreparunt Libri: Antiquus Metricus invenit forte,

Νοᾳ τον ευεργεταν τιην.
Αλεξιβιαδα, σε δ' ηϋκομοι
Θεαι φλεγοντι. Μακαριος, ὁς εχεις

τιην pro τιειν Dorice: ηϋκομοι & Dactylus & Tribrachys eſſe poteſt, neque vel ευκομοι vel εϋκομοι requiritur: Θε in Θεαι patitur Synizeſin, & Θεαι φλε Trochæus eſt: ηϋκομοι autem Θεαι pro Χαριτες accommodum certe, ut ſciunt, qui Pindarum norunt. 66. νιοχοις, ὁλον δίφρον κομι-] Plerique Libri νιοχοισιν, ὁλον δίφρον κομι-: Sic in loco ſecundo Jambici Anapæſtus etiam ſtaret pro Jambo. 74. εμπας τα και τα νεμων] Recte Benedictus explicat: Et ſic minus plene cum eo diſtinguendum poſt νεμων, ut cohæreant ſequentia. 85. Αχεσματ' ανδρεσσι και Γυναιξι &c.] Pro his habuit forte Metricus in Libris ſuis,

Αχεσ-

Αχεσματ' ανδρεσσι και γυναι-
ξι νεμει, πορεν τε κιθαριν Μοισαν
Οις αν εθελῃ, απολεμον αγαγων

τε κιθα est Tribrachys pro Trochæo: κιθαριν Μοισαν, *citharam Muſarum*, perquam aptum eſt: Alias legere etiam potuiſſet, κιθαριν, Μοισαν Θ' οἷς αν εθελῃ &c. 92. Μανλῆιον· τῳ και Λακε- δαιμονι, εν τ' Αργεϊ, και] Laborat utrumque Colon: Schmidius curavit prius; poſterius neglexit, quod tamen longe gravius laborat altero: Dicam breviter: Copulæ fuerunt turbatæ, & inde in Libris confuſio orta eſt, quæ utrique Colo inflixit vulnus: Scribendum,

Μανλῆιον· τῳ Λακεδαι-
μον' εν τε και Αργεϊ,
Ζαθεᾳ τε Πυλῳ, ενασσεν αλ-

Sic & Metrum ſibi conſtat, & verba apte copulantur: τε Πυλῳ eſt Anapæſtus pro Jambo: Si ipſum Jambum velis, ſcribere potes & ſcribere debes Ζαθεᾳ Πυλῳ τ' ενασσεν αλ-: Ego iſtam ακριβειαν rideo, & in Aſynarteto præcedenti μονι εν etiam non improbo. 96. Το δ' ε- μον γαρυοιτ' απο Σπαρ- τας επηρα- τον κλεος] Signatius eſt γαρυοιτ', quam γαρυετ', & Metro neceſſarium: εμον Thebanos reſpicit, & Thebanus Thebanos celebrat: Similiter εμοι πατερες ſequitur: Non male etiam quidam, Το δ' ε- μον, γαρυεν τ' απο Σπαρ- τας επη-

επηρατον κλεος: Sic τ' non eſt το, ſed τε: quod commode pro και haberi poteſt: το δ' εμον, και γαρυεν κλεος &c: Tibicinis loco vix ac ne vix eſſe poteſt: Nam γαρυην aderat, ſi ſyllaba fuiſſet producenda: Niſi ita ſcriptum fuerit primo, & τε poſt inductum γαρυεν acceſſerit: Innumera in iſtis Amanuenſium ſunt peccata: Το δ' εμον γαρυοιτ' tamen præferendum ſine dubio, 100. Ικοντο Θηρανδε φατες Αιγειδαι, εμοι &c.] Hæc ita legiſſe videtur Metricus,

Ικοντο Θηρανδε Αιγειδαι,
Εμοι πατερες, ϑ θεων ατερ·
Αλλα μοιρα τις αγε πολυθυλος.
Ενθεν &c.

μοιρα πολυθυτος explicatur in Scholiis: Ægidas ſcilicet in via ſacrificantes invenerunt ſibique ſociarunt Lacones: Unde Ægidis illis Carnea Laconica: Pro Αλλα μοιρα τις αγε πολυθυτος legere etiam potuit Metricus, Αλλα μοιρα τις αγεν ες εραvον: Sed alterum videtur accommodatius: Quanquam jus ſocietatis etiam prodit ες εραvον. 103. Πολυθυτον ες εραvον] Pro uno Proceleusmatico hic duo ſunt Proceleusmatici: Inepte Schmidius, Πολυθυτον ες εραν, etiam quod ad ſenſum attinet: Nam ſic contra Scholiaſtem & ipſum Ephorum temere inſurgit: ϑ θεων ατερ, αλλα μοιρα τις αγεν πολυθυτον ες εραvον non referendum eſt ad Θηρανδε, ſed ad ενθεν γεγενναμενοι: Nihil mani-

manifestius: Alterum jam sæpius dictum; & hic dicendum, quo modo cum Laconibus in vitæ communionem venerint Ægidæ.

104. Ενθεν αναδεξαμενοι] Αιγεῖδαι scilicet a Lacedæmoniis, cum quibus vixerunt sociati: Carnea ab ipsa illa vitæ communione.

106. εν δαιτι σεβι- ζομεν Κυρανας αγα- κτι- μεναν πολιν] Hæc ego non intelligo, neque Interpretes expediunt: An Thebani celebrabant Cyrenam, & quidem in Carneis suis? Neque de Carneis Thebanorum constat, neque apparet, cur Cyrenam in illis celebraverint Thebani: Quin & præcedentia, non Thebanos, sed Ægidas & Theræos exhibent: Ut brevis sim, leve mendum subesse puto, & scribendum, nisi egregie fallor,

Πολυθυτον ες εραναν· Ενθεν αναδεξαμενοι,
Απολλον, τεα Καρνεια, εν δαιτι σεβι- ζε-
μεν Κυρανας αγα- κτιμεναν πολιν· Ægidæ,
εμοι πατερες, cum Laconibus sunt commixti:
ενθεν αναδεξαμενοι σεβιζεμεν εν δαιτι, Απολλον, τεα
Καρνεια κατα Κυρανας αγακτιμεναν πολιν: Sic omnia
aptissime cohærent, & Poëtæ satisfaciunt scopo: Non modo cum Laconibus in Lacedæmone, sed etiam cum Laconibus in urbe Cyrena, festum tuum celeberrimum, o Apollo, celebrant Ægidæ, patres mei: Thebis fuit φρατρια Αιγειδων: Talis forte & in insula Thera, & in urbe Cyrena fuit: Attende: Sic magis adhuc Emphaticus est totus locus: Et probabiliter etiam dici posset,

ſet, ex illis Ægidis ortum fuiſſe Pindarum: Hoc ſubito mihi in mentem venit, & veriſſimum forte eſt. 108. κτιμεναν πολιν; εχοντι ταν] Vacillat Colon Jambicum: Appone fulcrum & ſcribe, κτιμεναν πολιν γ', εχοντι ταν. 113. Το δ' ελασιππον εθνος Ενδυκεως δεχονται Θυσιαισιν &c.] Το ελασιππον εθνος, Τους Τρωας Αντηνοριδας: Τρωες ἱπποδαμοι, & κενλορες ἱππων ſunt notiſſimi ex Homero: δεχονλαι θυσιαισιν, ad ſacra ſua admittunt: ιχνεοντες σφε δωροφοροι, allicientes eos donis: Ipſi videlicet Cyrenæi, quos Battus advexit &c: Idque fecerunt, ut urbem novis iſtis copiis firmarent: Nihil apertius: Interpretes nugantur, & nemo deterius bono Schmidio: quem ſi audias, Antenoridæ excipiunt & ſibi adjungunt Batti comites: Sic ſcilicet præcedere potuit eodem ſpiritu, Κυρανας αγαχτιμεναν πολιν, εχοντι ταν χαλκοχαρμαι ξενοι Τρωες Αντηνοριδαι: Phy ineptiæ, ipſis pueris indignæ. 123. Εμμεν, ἱπποκροτον] Comma delendum potius, ut hæc omnia arcte cohæreant, & πεδιαδα etiam ſit adjectivum, ut indole ſua revera eſt. 128. Εναιεν' ἡρως δ' επειτα λαοσεβης &c] Metricus antiquus legit, ſi quid video,

Εναιεν' ἡρως δ' επειτα λα-
οσεβης. Ατεγθε δε προ δωματων
Ετεροι αϊδα βασιλεες ἱεροι
Εντι.

βα-

βασιλεες ἱεροι αϊδᾳ venuſte & Pindarice dicuntur *reges mortui:* Ad ἡρως λαοσεβης attende: quod ſic certe non deterius eſt in oppoſito.

134. Ραυθεισαν, ὑμνων δ' ὑποχευ-] Ita legendum absque dubio: κωμων reſpuit Metrum; & ipſa ſententia magis etiam amat ὑμνων: Jungendum enim δροσῳ μαλθακᾳ ὑμνων δ' ὑποχευμασιν: δροσῳ μαλθακᾳ και ὑποχευμασιν ὑμνων: ὑποχευμασιν perquam appoſitum eſt ad δροσῳ μαλθακᾳ: Minuit enim & temperat τα χευματα, quæ pro δροσῳ eſſent nimia: Vident periti: μεγαλαν αρεϊαν eſt caſus quartus, & pertinet præcipue ad laudes regum defunctorum, quæ ad ipſum Arceſilaum ab illis ortum demanabant naturaliter, & ſic ei erant κοιναι: Interpretes non dicunt, quod debent. 135. μασιν, ακουοντι ποι] Colon etiam fulcro ſuſtentandum, ne corruat: Scribe, μασιν γ', ακουονλι ποι. 142. Το καλλινικον λυτηριον δαπαναν, μελος χαριεν &c.] Hæc ita legit Metricus antiquus, ut firmiter mihi perſuadeo,

Το καλλινικον λυ[η]ριον
Δαπαναν χαριεν. Ανδρα κεινον επ-
αινεοντι· λεγομενον ερεω·
Κρεσσονα &c.

μελος χαριεν ineptum eſt, & nunquam in animum inducam, ut ita de επινικιῳ ſuo locutum fuiſſe credam ipſum Vatem: Quare ſcriptura, quam ſecutus fuit Metricus, meliorem

rem fuisse, quam quæ nunc circumfertur, ex his ipsis mihi fere persuadeo: επαινεοντι absolute, etiam accommodatius, quam επαινεοντι συνετοι: Omnes laudabant Arcesilaum, & quod dicturus erat, erat το λεγομενον, quod omnes habebant in ore, instar Paroemiæ: Vides? 149. πτερος εν ορνιξιν αι- ετος επλετο· αγωνιας] Hæc Cola non satisfaciunt Metro: Scribe, Γλωσσαν τε θαρσος τε, ταν- πτερος δ' εν ορνιξιν αι- ετος γ' επλετο· αγωνας. Illud addam: Ut nunc video, ετος επλετο· αγωνιας pro Antispastico Dimetro Hypercatalecto haberi potest, una cum aliis gemellis per totam Oden: Antispasti enim licite variant: Et sic nihil vel hic vel alibi mutandum in hoc Colo, si unum Πυλῳ τ' pro Πυλῳ in gratiam Syntaxeos excipias Stropha 3: Quod certe placet, & mensuram istam potiorem efficit. 159. Και το λοιπον, ω πλειστα Κρονιδαι μακαρες] Ita pessime editur: Nam ut nihil aliud dicam, sic Trochaicum Trimetrum Brachycatalectum aperte crurifragium patitur: Schmidius, syllabas numerans, ei consuluit; Sed quis αν ibi ferat? quis Κρονιδαι probet? Vulgata scriptura, Και το λοιπον, ω Κρονιδαι μακαρες, improba est: Scribe, & proba erit, Και το λοιπον αει γε Κρονιδαι μακαρες: Error est pronus: Subaudiendum autem δυνασιν, quod præcedit, & hic repetendum απο κοινου: και το λοιπον αει διδοιτε επι εργοισιν αμφι τε βουλαις δυνασιν εχειν, Κρονιδαι μακαρες: Sen-

Sententia eſt perſpicua & bona: Addam aliud: Libri forte discreparunt olim, & in quibusdam fuit, Και το λοιπον πλειστα Κρονιδαι μακαρες Διδοιτ', επ' &c. Inde illud Ms. γ: quod hic dederunt Editores in re Metrica talpæ: Junctum enim, quod probe ſeparandum erat, & πλειστα correctio cum lectione prava perperam exhibita: πλειστα eſt pro adverbio, & verba accipienda, ut corrigens monui. 162. δα- μαλιζοι χρονον] *domet tempus* ejus: ver ei ſit perpetuum: χρονος, ut ὡρα, pro vere & tempore maxime læto. 168. Γερας, επι Βατλω γενει] Male diſtinguitur poſt Γερας: Nam ſine dubio επι pertinet ad δομεν, & Pindarus voluit, τουτο γερας επιδομεν Βατλου γενει: Illud addendum hic: In Admonitiuncula Triclinii de Metro Odæ; iſtud, ελεγε γαρ εν τω τελει της εξηγησεως, Γερας επι Βατλου γενει· Ιστεον ὁτι ουκ εχει την ποσοτητα των κωλων, indicat, ad Colon poſtremum ab Interprete Libri iſtius antiqui adſcriptum fuiſſe, Ιστεον ὁτι ουκ εχει την ποσοτητα των κωλων, & Librum iſtum proinde non fuiſſe ſanum in Colorum ποσοτητι: quam ſic correxit Triclinius: Alia conditio fuit Libri, quem vidit & legit Metricus antiquus, tali vitio, ut jure credere poſſumus, non laborantem: quem ſi vidiſſet & legiſſet Triclinius, aut alium ei ſimilem, iſta opella ejus non fuiſſet neceſſaria: Atque hoc notandum

propter ea, quæ de lectione, quam Metricus probabiliter invenire potuit, diximus ad hanc Odam.

ODE VI.

ΕΙΔΟΣ ϛ. Metricus, Τϐ ϛ. εἰδος ἡ ᾠδη, μονοστροφος εστι κωλων εννεα: Nulla hic Epodus: Et ineptiunt ſtrenue, qui de ea cogitant.

Col. 2. Αρουραν, η Χαριτων αναπολιζομεν] Metricus, τριμετρον επιωνικον ακαταληκτον. αδηλον δε ποτερον εκ β. παιωνος, η α: Quid hic Pæon, & dubium de Pæone ſecundo vel primo? Verba Metrici ſunt corrupta, & legendum, αδηλον δε ποτερον εκ β. ιωνικϐ, η α: Duo ſunt Jonici, major & minor: Uter horum hic, incertum Metrico: Χαριτων αναπολιζομεν ſcilicet ita ſe habet, ut ad Jonicum a majore, & Jonicum a minore, æquo jure referri poſſit: Si Χαρι enim pro una ſyllaba longa ſumas, Χαριτων ανα eſt Jonicus a majore; ſi ανα contra ſumas pro una ſyllaba longa, Χαριτων ανα eſt Jonicus a minore: Et ſic incertum, qui ſumendus ex duobus: Sentis? Ita Metrici mens eſt aperta: Et commode inter duas Syzygias Jambicas ἑξασημους ſtat Jonicus reſolutus: Hactenus recte Magiſter: Sed qui iterum non examinavit omnes Strophas & Antiſtrophas: Si enim Stropham ſecundum examinaſſet rite, omne illud dubium

mox

mox fuiſſet ſublatum: Colon enim ejus gemellum, Αγεις εφημοσυναν, ταν ποτ' εν ορεσι, Jonicum a minore habet verum absque διαλυσει, & ſic eundem Jonicum in aliis ſtabilit: Hoc perſpicuum eſt: αναπολιζομεν elegans eſt & appoſitum: πολος eſt terra aratro ſciſſa: Inde πολιζειν, & αναπολιζειν hic: Interpretes Linguæ ignorantia peccant: αρουραν ἑλικωπιδος &c, Poëſin deſignat haud dubie.

4. Ες ναον προσοιχομενοι· Πυθιονικος] Syzygia Trochaica laborat in principio: Scribendum trajecta voce, Ναον ες προσοιχομενοι &c. Sed verbum: An forte να hic corripitur a ſequente vocali: Niſi memoria me fallat, in præcedentibus ita habuimus alicubi, idque in mentem mihi ſubrepit: Et alia ſane id genus non pauca, etiam in his ipſis Pindaricis: Quare dubito, & nihil potius muto: Atticum νεων revera minus convenit Noſtro: Et ſi να correptum a vocali placeat, νεων, quod in præcedentibus alicubi legi, etiam redonandum eſt Scribis, qui Idioma corruperunt ubique. 9. Απολλωνια τετειχισται ναπα] Metricus, αντισπαστικον τριμετρον καταληκτικον Πινδαρικον: Poſt Antiſpaſtum ſcilicet ſequuntur Trochæi, ſimiliter ut in Phalæciis poſt Antiſpaſtum ſequuntur Jambi: Απολλωνι eſt Antiſpaſtus verus: Hunc excipit Hepthemimeres Trochaicum, & quidem ita, ut ipſius

Antiſpaſti ratio habeatur nulla, ſed unius Metri Trochaici, quod in locis paribus promiscue & Spondeum & Trochæum admittit: Sicuti in hoc ipſo Hepthemimeri ἀ τετειχισται παρα, pes ſecundus eſt Spondeus, legitimus Trochaico, ſed illegitimus Antiſpaſtico, quod Antiſpaſti poſtremam requicit brevem, & ſic palam Antiſpaſticum turbat: Res eſt aperta, & ſic apertum quoque, cur Metricus Colon hoc ἀντισπαστικον Πινδαρικον vocet: Id enim Pindaro domeſticum & privum: In gemellis plura ſunt, quæ Trochaicum Hepthemimeres habent purum, quam cum Spondeo commixtum: Iſta variatio non peccat, ut nunc quisque videt, & a Metri Trochaici indole eſt: Quare nihil mutandum, ut bonus ſyllabarum menſor fecit, nihil horum intelligens: Illud addam ego: Irregulare eſt Colon hoc Pindaricum, & hoc uno loco forte occurrit: Si quis in eo admittendo eſſet difficilior, Antiſpaſticum regulare facile haberi poſſet: Scribendum enim foret hic trajecta voce, Απολλωνια παρα τετειχισται: In Antiſtropha vero poſtrema, Μελισσαν αμειβεται πονον τριτον, trajecta etiam voce: Aliæ Strophæ & Antiſtrophæ Antiſpaſtica legitima promunt: Nam ϛαθμαι in Stropha tertia anceps eſt, & primam recte corripit: Et hæc ſane facilis eſt mutatio: Quo factum, ut de Colo irregulari aliquando

do dubitaverim, & adhuc dubitem ipſe.

13. Αξοι, παμφορῳ χεραδι τυπτομενος· φα-] Verſus non modo in Syzygia Trochaica, ſed etiam in Syzygia Choriambica, ægrotat: Scribe, Παμφορῳ αξοι χεραδι θρυπτομενον· φα-: ὁν ὑμνων θησαυρον παμφορῳ χεραδι ανεμος ουκ αξοι ες ἁλος μυχους, θρυπτομενον: *quem hymnorum theſaurum cum ſordium colluvie vaga non ferat ventus fractum & comminutum in maris receſſus:* Sic & Metrum, & ſententia convaleſcit; apertiſſima nunc & convenientiſſima, ut vides, cum antea vel jejuna eſſet, vel nulla: Nam quid ανεμος τυπτομενος παμφορῳ χεραδι, ſi animum advertas? Ineptiæ hercule, & nihil aliud: αξοι, an αξει ſcribas, perinde eſt: utrumque in Libris: Syzygia Trochaica ἑπτασημος, hic eſt pro Syzygia Trochaica ἑξασημῳ. 14. φα- ει δε προσωπον εν καθαρῳ] Huc ſine dubio revocandum præcedens ὑμνων θησαυρος: εκεινος δε ὑμνων θησαυρος εν καθαρῳ φαει καλα προσωπον, απαγγελει &c: Si ad θησαυρος ὑμνων, & ἑτοιμος τελειχισται ολβιοισιν Εμμενιδαις, attendas, non eſt dubitandum, quin ex illa Xenocratis familia multi in Pythiis victores antea extiterint, idque illis ipſis indicare voluerit Pindarus.

15. Πατρι τεῳ, Θρασυβουλε, κοιναν τε γενεαν Λογοισι &c.] Ego etiam Thraſybulum pro filio Xenocratis habeo: Sed ſic dubito, an ειδος ſcriptum fuit Xenocrati: Perbene dici poteſt, Poëtam id ſcripſiſſe Thraſybulo, ut

eum de victoria patris blande & honorifice certiorem faceret, eademque opera sic & filium & patrem sibi obstringeret: Ad singula attende, & inprimis etiam ad illud πατρι τεῳ απαγγελει, in tempore futuro: Accedit κοινὰν τε γενεᾳ: quod sic magis Emphaticum est post Θρασυβουλε; præsertim si τε pro και habeas, & vertas, ut hic vertendum est, *communem etiam generi*, tibique filio: Interpretes perperam accipiunt: Admissa autem hac suspicione mea, Inscriptio mutanda esset ad istum modum, & quidem non incommode ita: Θρασυβουλῳ Ακραγαντινῳ, πατερος Ξενοκρατους νικωντος ἁρματι. 17. ἁρματι νικαν] Ita legendum certo certius: In re clara verbis parco. 19. επιδεξια χειρος] Malo επι δεξια χειρος: Quid necesse Ellipsin adhibere, si oratio esse possit plena? 20. ταν ποτ' εν ορεσι] Tribrachys cum Jambo: Schmidius hic Metri imperitia Syntaxin corrupit turpiter. 22. ϝας υἱον ορφανιζομενῳ Πηλεϊδᾳ πα-] Laborat Versus Epichoriambicus: Scribe, ne litera mutata, Φαντι μεγαλοσθενει Φιλυρας Τιον οϝφανιζομενῳ Πηληϊδᾳ πα-: Φιλυρας est Tribrachys, qui Versum Jambicum recte claudit: Πηληϊδᾳ non deterius, quam Πηλεϊδᾳ: Potest enim η a vocali sequente corripi: De ορφανιζομενῳ recte Benedictus: Poteratne de orbo cogitare Pindarus, præcepta Chironis de colendis parentibus Achilli data

data referens? Insulsissimi sunt, qui talia in chartam misellam conjiciunt: Quamplurima tamen id genus apud Interpretes: quæ sponte prætereo, ut stomacho consulam.
27. βιον πεπρωμενον] Elegans & Emphaticum est πεπρωμενον: *Filius ante diem patrios inquirit in annos.* 28. Εγενετο και προτερον] Εγενετο, Tribrachys est pro Jambo in Penthemimeri Jambico: Quis improbet? Bonus tamen Schmidius Εγεντο, ne syllabis se immorigerum præberet. 30. Πατρος, εναριμβροτον αμμει-] Colon hoc Jambicum decumbit vere: Legendum est mutatione nulla, Πατρος, εναριμβροτον αναμει-: Tribrachys iterum pro Jambo: Schmidius sibi habeat suum εναριμβροτων αμυ-: dignum hercule hominis ingenio. 37. απεριψεν] Id pro απεγριψεν requirit Metrum Jambicum. 39. τοιο κομιδαν πατρος· εδο- κησε τε των παλαι, γενεαι ὁπλοτεροισιν, Εργον &c.] Colon primum non habet numeros: Recte Schmidius, τοιο κομιδαν πατρος· εδοκησεν δε των παλαι &c. Copula requiritur: Et sic δε melius est, quam τε post μεν præcedens: Libri copulam male ignorant: Sic autem homo Tribrachyn admittit ipse pro Jambo, ut vides: Legi etiam potest non male, τοιο κομιδαν πατερος· εδοκησε δε των παλαι &c: Nam Dactylus non vitiat Syzygiam Trochaicam: Et ipsa omissio copulæ ab ista scriptione oriri potuit, Nasutulis Dactylum fugientibus. 46. Πα-

τρωϊ τ' επερχομενος, αγλαϊαν εδειξεν] Πατρωϊ est Tribrachys, & media, ut in ηρωϊ, &c, corripitur: Synizesin duriorem non sumo, ubi necessaria non est. 47. αδικον ὑλε ὑ-πειροπλον ἡβαν δρεπων σοφι-] Recte Απασαν omittunt Editores: Id enim Lex Metrica excludit, & sententia non desiderat: ὑτι ὑ- non improbo, sed commode etiam legi posse aio, αδικον ουϑ' ὑπερ-: Nam sequens Colon ita perbene constitui potest, οπλον δρεπων ἡ-βαν, σοφιαν: οπλον Spondeus est pro Dactylo, & pedes illi sunt amicissimi: Alias scribendum, πεζοπλον δρεπων ἡβαν, σοφιαν, sumto Anapæsto pro Dactylo: Pessime Editores hic, πειροπλον ἡβαν δρεπων, σοφι-: Nam Sic Colon Jambicum crurifragium patitur: Tu ex duobus aliis sume, quod placet. 49. αι δ' εν μυχοισι Πιεριδων. Τιν τ' Ελελιχθον] Lectio pessima: Recte Alii, Δ' εν μυχοισι Πιεριδων. Τιν τ' Ελελιχθον: Lex Metrica probat: δρεπων απε-χουσα hic subaudiendum. 50. Ευρες ϑ' ες ἱππιαν εσοδον, Μαλα ἀδοντι νοῳ, Ποσειδαν, προσεχεται] Ita Editores, audacter & imperite: Res est aperta, & ex apposita suspicione nostra adhuc apertior evadet: Scribendum puto, Οργας παλαι ὁς ἱππειον εσο- δον, μαλ' ἀδοντι νοῳ, Ποσειδαν, προσεχεἰαι: De Neptuno, οργας παλαι ὁς ἱππειον εσοδον, elegans est: Nam ab antiquo Deus ille Terræmotor rei equestri maximopere studuit: παλαι ὁς Tribrachys, Jambo recte opponitur: προσε-

χεται

χεται τιν longe ſignatius eſt, quam προσερχεται τιν, & Metrum deſiderat, quod ſic una cum ipſa ſententia, ope noſtra ſibi conſtat: Nam δον μαλ' ἀ in Verſu Trochaico etiam pro Tribrache non peccat: Peſſime Schmidius, Οργαις ὁλαις ες ἱππειον εισοδον Nam ſic Tautologia peſſima ingeritur, cum hoc ita poſitum ne hilum differat ab ἀδοντι vel μαλ' ἀδοντι νοῳ: Pueri vident, & ridiculus fuiſſet Pindarus, ſi iſta copulaſſet una: Alia Schmidii omitto: Ea cum noſtris conferre potes: Unde autem apparet Scholiaſtam legiſſe εὑρες in Libris ſuis? Idne ex interpretatione colligi poteſt, quæ in Scholiis liberrima ſæpe eſt? Locum inſpice, & ſimul ad ἱππειας εισοδους attende; nihil hercule incertius. 52. Γλυκεια δε Φρην, Και συμποταισιν &c.] Verba male habent & leviter corrupta ſunt: Scribe, Γλυκεια δε Φρην' Και συμποταισιν ὁμιλων, Μελισσαν αμειβεται τρητον πονον: Sic nihil aptius: πονον μελισσαν eſt ipſum mel, quod Pindarice dicitur τρητον, quia in foraminulis fit & reponitur: Aretii τριτον probabit nemo paulo oculatior.

ODE VII.

Col. 2. Προοιμιον Αλκμαιωνιδαν] Metricus, Ιωνικον απο μειζονος, διμετρον ακαταληκτον: Scribere debuiſſet επιωνικον: Nam tale eſt proprie, quia pro Trochæis Jambi excipiunt Pæonem ſecundum hic pro Jonico a majore ad-

hibitum: Αλκμαινιδαν peſſime Editores pro Αλκμαιονιδαν, quod in Libris plerisque eſt: Nam id ne Græcum quidem, ſi quid video: Αλκμαιονιδαν eſt Spondeus cum Tribrache pro Spondeo cum Jambo: Id ineptulis diſplicuit, & inde barbarum illud Αλκμαινιδαν. Si fulcrum apponeretur hic τῳ Προοιμιον, in Antiſtropha vero τῳ Εξεχθεος, Colon eſſet Jambicum Dimetrum Acatalectum: Sed nihil mutandum. 5. Τινα πατραν; τινα τ' οικον] Metricus, Φερεκρατειον, απο βραχειας αρξαμενον: Scribe απο βραχειων: Antiſpaſtus eſt quinqueſyllabus, a tribus brevibus incipiens. 6. Ναιοντ' ονυμαξομαι] De voce Ναιοντ' multa habent Interpretes, ſed id quod bonum eſt, non habent: Plerique Libri Ναιων: Scribendum eſt ſine dubio mutatione puſilla, Τινα πάλαι; τινα τ' οικον Μαιων ονυμαξομαι Επιφανεστερον Ελλαδι πυθεσθαι; Μαιων, *cupiens*, *quærens*: Nihil rotundius aut accommodatius: Et Ελλαδι πυθεσθαι copulandum certo certius. 7. Επιφανεστερον Ελλαδι πυθεσθαι] Trochaicum Dimetrum Hypercatalectum, cujus gemellum in Antiſtropha variat: Propter Schmidium & ejus ſequaces verbo noto. 9. Εξεχθεος αστων, Απολ-] Schmidius ω Απολ-: Quo jure, apparet ex eo, quod ad Colon Strophicum ſcripſi. 17. Νεᾳ δ' ευπραγιᾳ] Metricus, ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Aut ineptit, aut aliter legit: Nam quod hic habemus, Jambicum Dimetrum Brachycatalectum efficere non po-

poteſt: Poſterius credo, & legiſſe videtur trajectis vocibus, Ευπραγιᾳ δὲ νεᾳ: Sic menſura indicata adeſt: Vulgata lectio plane inepta eſt, quod ad Metrum attinet: Si legeretur, Νεᾳ δὲ ευπραγιᾳ, Colon eſſet Aſynartetum Dimetrum Catalecticum, ex Monometro Jambico & Monometro Trochaico: Et ita alii Libri, credo, olim. 20. Τα καλα εργα. Φαντι γε μαν] Metricus, ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Legit igitur, Τα καλ' εργα. Φαντι γε μαν: Ut nunc legitur, Trochaicum eſt Hepthemimeres: Neque id malum. 21. Ουτω κεν ανδρι παρ μοιμαν Θαλλοισαν &c.] Recte παρ disjunctim: *in fortuna etiam ſtabili*, & licet vere ſit felix.

ODE VIII.

Col, 1. Φιλοφρον Ησυχια, Δικας] Metricus, ὁμοιὸν τῳ· Τις σας παρηειρε φρενας: Jambicum ſcilicet Dimetrum Acatalectum: Recte, ſi Colon hoc ſpectes; ſed male, ſi ſpectes alia oppoſita: Niſi in Antiſtropha 1. Τυ δὲ ὁποταν τις αμειλιχον: in Stropha 2. Επεσε δὲ ϑ Χαριτων ἑκας: in Stropha 3. Οποτε απ' Αργεος ηλυθον: in Antiſtropha 3. Ο δε γε καμων προτερᾳ παϑᾳ: in Stropha 4. Τυ δὲ ἑκαταβολε, παυδοκον: in Antiſtropha 4. Κατα τινα ἁρμονιαν βλεπειν: in Stropha 5. Τετρασι δὲ εμπετες ὑψοϑεν: in Antiſtropha denique 5. Ο δὲ τι καλον νεον vel Ο δὲ τι νεον καλον λαχων, ſcribere velis: Nam Colon Antiſtrophæ 2. ſimile eſt huic, Τα

και εν ανδρασιν εμπιπτει: quanquam Aldina ibi etiam diffidet, legens Τα δε εν ανδρασιν εμπιπτει: Et tot mutationes displicent fere, quamvis leves: Quare Colon videtur potius Pæonicum Dimetrum Hypercatalectum ex Pæone quarto & Pæone tertio; qui hic copulantur una: Et hoc rarius profecto est: Nam Pæones vulgo similes copulari amant, Creticosque adsciscunt, si per resolutionem sibi similes fiant: Quare, ut dixi, hoc rarius profecto, non tamen improbandum: Exempla enim alia suppetunt, etiam apud ipsum Hephæstionem: Visne aliud? Si Dactylicum ακεφαλον sumere velis per totam Odam, Cola quotquot sunt, Dactylica Trimetra erunt Acatalecta: Vide & judica: Aliquid horum verum est, & potuerunt revera hic discrepare Libri, ut Metricus dixerit, quod debebat. 2. μεγιστοπολι] μεγιστη πολει, vel μεγιστη πολιος: quod Interpretes habent, vocis indolem non exprimit satis. 3. Θυγατερ, βουλαν τε και πολεμων] Metricus, Το γ, ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Vitium manifestum: Scribe, Ιωνικον τριμετρον βραχυκαταληκτον: Tale est Colon, & duæ breves post Trochæos sunt Jonici dimidium: Si ιαμβικον rectum esset, ad Colon præcedens scripsisset Metricus, τροχαϊκον διμετρον καταληκτικον, & in Libris suis invenisset alio ordine, & hic & in sequentibus, Ω μεγιστοπολι θυγατερ, βουλαν τε και πολεμων: Sic enim & Tro-

Trochaicum Dimetrum Catalecticum & Jambicum Dimetrum Brachycatalectum adsunt: Sed facilior est altera mutatio, eamque præfero. 4. 5. Εχοισα κλαϊδας Υπερτατας, Πυθιονικον] Colon quartum est Jambicum Dimetrum Brachycatalectum; quintum, Choriambicum Dimetrum Hypercatalectum: Sic apparet, Metrici Scalam & turbatam & mutilatam esse etiam hic: Scribe inverso ordine, Το δ, ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον. Το ε, χοριαμβικον διμετρον υπερκαταληκτον. 6. Τιμαν Αριστομενει] Metricus, Το ς, ιαμβικον διμετρον υπερκαταληκτον: Vitium apertum: Scripsit ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον. 7. Δεκευ. Τυ γαρ το μαλθακον ερξαι] Metricus, ιαμβικον τριμετρον βραχυκαταληκτον: Vitium etiam apertum: Scribe, ιαμβικον διμετρον υπερκαταληκτον: Pes quartus est Anapæstus: Trajecta etiam est, ut vides, hujus & præcedentis Coli mensura, διμετρον male mutato in τριμετρον. 8. Τε, και παθειν ομως επιστασαι] Metricus, Το η, ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Nihil falsius: Sed hic aliter legit ille: Scribe ad mentem ejus, Τε, και παθειν ομως: επιστασαι dedit Colo sequenti.

9. Καιρῳ συν ατρεκει] Metricus, Το θ, περιοδικον: Legit nempe, Επισταται καιρῳ συν ατρεκει: Sic Periodicum habemus, quod cæteroquin habere non possumus: Επις | ασαι | και | ῳ συν | ατρεκει: Periodus est certa: Recurrunt enim Penthemimera Jambica & Trochaica, sumto & capite & cauda pro initio:

Si

Si ταξιν vulgatam ſequamur, Colon octavum eſt Jambicum Trimetrum Brachycatalectum: Nonum, Jambicum Dimetrum Brachycatalectum: Videbimus in ſequentibus. 13. Υπαντιαξαισα] Alii Υπαντιαξασα: ι in fœminino non requiritur, niſi Dores id etiam corripuerint: Videndum. 17. Κερδος δε φιλτατον γ', ἑκοντος ει] In ταξει Metrici γ' exulat: Bonus Schmidius, quia hic κερδος, in oppoſito Strophæ ſcribebat Μεν pro Τε: Plura in his variant: Vide & numera. 20. ἐκαλογκρα- νος] Ita legendum, aut πολυκαρανος: Libri discreparunt: Poſterius pro Anapæſto præbet Tribrachyn in Jambico: quod bonus Schmidius *permutationem Dithyrambicam* vocat: Docte, Jupiter, & ingenioſe: In hoc ipſo Colo ſic etiam *Dithyrambice permutata* ſunt alia: Confer gemella: Metricus, το β, ιαμβικον τριμετρον βραχυκαταληκτον: Male: Scribe τριμετρον καταληκτικον.

22. Ουδε μαν βασιλευς γιγαντων] Metricus, περιοδικον· η λεγεται διπλους τροχαιος ὑπερκαταληκτον: Excidit διμετρον: περιοδικον διμετρον ὑπερκαταληκτον. 27. ραθεν εσλεφανωμενον] Metricus, το θ, αναπαιστικον διμετρον καταληκτικον: Nihil ineptius: Corruptus eſt ab imperitis: αναπαιστικον forte fuit αντισπαστικον, & ad γλυκωνειον præcedens pertinuit: Colon hoc Trochaicum eſt Dimetrum Catalecticum, & ſic recte ſcribas amota voce, τροχαϊκον διμετρον καταληκτικον. 28. Γιον ποτα

Παρ

παγκρασιᾳ] Metricus, το ι, ἰθυφαλικον: Non poterant ſtultius imperiti: Et recurrit ſtatim ἰθυφαλικον ad Δωριει τε κωμῳ: Colon hoc eſt Jambicum Dimetrum Acatalectum: Scribe igitur in Græcis pro ἰθυφαλικον peſſime geminato, ἰαμβικον διμετρον ακαταληκτον: που in ποιᾳ eſt commune propter vocalem, nec ποᾳ requiritur. 36. δεται νικαφοροις εν αεθλοις] An Spondeum in loco ſecundo Verſus Jambici hic adhibuit Pindarus? Non facile adducar ut credam? Quid igitur? Aut in νικαφοροις διχρονον ι corripuit, ut in Πισα fecit; aut ſcribendum δεται φερεσνικοις εν αεθλοις: φερεσβιος pro φερβιος norunt omnes: Simile φερεσνικος pro φερενικος: quod ab imperitis male mutatum, vel ab interpretatione male expulſum, cum ipſum νικηφοροις ei adſcriptum eſſet: Tales errores in Libris ſunt innumeri. 39, Τα και εν ανδρασιν εμπρεπει] Τα Elliptice: *Quo nomine:* Hoc Emphaticum, alterum flacceſcit: Et ανδρασιν etiam cum Emphaſi accipiendum de viris vere viris: *inter ſtrenuos* 45. τιον χρεος, ω &c.] χρεος pro χρημα: idque καλων νεωτατον: ποτανον αμφι vel αμφιποτανον, vel ποτανον παντα χρονε, αμφι adverbialiter ſumto: μηχανᾳ & Poëſi Auctoris 48. Παλαισματεσσι γαρ ιχνευων μα-] ευ ante ω recte corripitur: Supra Pyth. Od. 5. V. 116. habuimus ιχνευλες: quod ſi genuinum ſit, præſtat tamen ιχνεων etiam hic: Cur enim verbum dubium ſumſerit Poëta, certo ſe ultro offerente?

51.

51. Οὐδὲ Κλυτομαχοιο νικαν] Periodicum Dimetrum Hypercatalectum requirit Οὐδὲ Κλειτομαχοιο νικαν: Nihil apertius aut facilius: Addam aliud: Colon etiam Trochaicum Dimetrum Acatalectum esse potest: Et sic Κλυτομαχοιο locum tuetur & licite variat: Κλειτομαχοιο præter Scholiastam habet etiam Aldus. 57. Υιὸς Θηβαις, ἡνιξατο] Certo certius legendum est, Θηβαις υἱὸς, ἡνιξατο, ne Spondeus in loco secundo trucidet Jambum: Boni Editores hic nescio quid mussitant sibi: υἱους de filiis Amphiarai recte explicat Schmidius: Sequitur Οποτ' Επιγονοι. 60. Δευτεραν ὁδον Ε- πιγονοι. Ωδ' επι Μαρναμενων &c.] Ita distinguendum: Præcedit enim Παρμενοντας αιχμᾳ, quod μαρναμενων φυᾳ hic aperte requirit γενικως: Oculati vident statim. 64. σιν λημα· Θειασομαι] Omnes Libri constanter Θειασομαι: Nihil mutandum: Colon enim est Jambicum, quod sic perbene variat: Epenthesis dura est, neque syllabæ sequentis indolem mutat; & Jonicum Θηεομαι nec Idiomati, nec sententiæ convenit: Quid *stupor*, quid *admiratio* hic, ubi videbat pater, quod exspectabat, & exspectare debebat propter ipsum illud, quod præmittit? 66. Αλκμαν' επ' ασπιδος ιω- μοντα, πρω-] Colon Jambicum requirit ιεμοντα: Et ita scribendum, si hanc ταξιν vulgatam sequaris: Si enim Metricum audias, & hæc ita ordines, Αλκμαν' επ' ασπιδος

Ne-

Νομων τα πρωτον εν Καδμε πυλαις, nihil mutandum. 72. Δε οικοθεν αντια πραξει] Syzygia Jambica fulcro ſuſtentanda eſt in Choriambico: Scribe Δε οικοθεν γ' αντια πραξει.

76. Λεῳ συν αβλαβει] Λεῳ Atticum: Hoc etiam a Naſutulis forte, qui Λαῳ Spondeum metuebant in Jambico propter gemella.

78. Τοιαυ[α] μεν δ' εφθεγξατ' Αμφιαρηος] δ' ineptit: Lege, Τοιαυτα μεν γ' εφθεγξατ': Nam tibicen requiritur, ne corruat Verſus.

79. Χαιρων δε και αυτος] Spondeus in principio pro Jambo, ut in Epodo etiam ſequente: Bonus Schmidius & Χαι & Δαι corripit: Quicquamne ineptius? Sed ita ille paſſim; & monere piget. 80. Αλκμανα στεφανοισι βαλλω] Ita ſcripſiſſe Pindarum, cras credam, non hodie: Nimia enim eſt licentia, ſimilique uſus non eſt alibi: Scribe meo periculo, Αλκμαωνα στεφεσσι βαλλω: Sic Periodicum optime habet, neque etiam Trochaico, ſi forte placeat, erit male: να enim ante στ ſic quidem difficilius paulo brevis manet, ſed manet tamen & manere poteſt: Nihil autem facilius hac correctione mea; Nam forma vocum, ut vides, mutatur modo leviter. 81. Ραινω δε και ὑμνῳ] Hæc & ſequentia absque ullo dubio dicuntur ex perſona Pindari, non ex perſona Ariſtomenis: ραινω ὑμνῳ perſpicuum eſt, & perſpicua etiam ſunt, quæ poſt επαγαγες ωναξ leguntur: Alcman Thebis una cum patre Amphia-

phiarao videtur cultus: Sic optime etiam convenit γειτων ὁτι μοι cum aliis ſequentibus: Pindaro Thebano vicinus erat Alcman, eique benigne aderat Thebis: Ægina nihil ad Alcmanem: Et ſic certo certius de eo ita loqui non potuit Ariſtomenes: Pueri vident; & neſcio qui talia legentes de perſona Ariſtomenis cogitare poſſint: De profectione Pindari ad ædem Delphicam nihil ſcimus; ſed id conditionem loci mutare non poteſt: Talia enim innumera in Libris antiquis: Quod de πενταεθλιω ſequitur, videbimus mox.

85. Υπαντιασ' ιονλι γαιας] Ita boni Editores in tenebris micantes: Omnes Libri Υπαντιασειν ιονλι γαιας: Colon debet eſſe Glyconium; & ſic non male Schmidius ſyllabas numerans, Υπαντασειν ιονλι γας: Si minori opera Colon reſtitutum velis, ſcribe mecum Υπαντασειν ιονλι γας: ὑπαντιασειν ab ὑπαντιαζω: Sic Antiſpaſtus quinqueſyllabus reſpondet ad amuſſim Antiſpaſto quadriſyllabo, & præter γαιας nihil mutatur. 86. Μαντευματων τε εφαψατο] Omnes ante Schmidium, Μαντευματων τ' εφαψατο: Jambicum eſt, ſic licite varians: Ipſe Schmidius ex Pal. C. Μαντευματων δε εφαψατο: Non improbo: Sic Anapæſtus opponitur Spondeo in gemellis, & Colon Pindarice hiat: εφαψαλο μαντευματων, *attigit vaticinia*, quæ ab ipſo Apolline audivi: Emphaſis elegans eſt in εφαψατο.

94. Δοσιν πενταεθλιου, συν ἑορταις &c.] Et Metrum,

trum, & ſententia laborat: Scribe, ὀκκα δε προσθεν ἀρπαλεαν Πενταθλιῳ δοσιν συν ἑορταις Υμαις επαγαγες τ' αναξ. Paulo ante profectionem in feſtis Apollineis Pindarus egregie laudaverat Pentathlos: eoque nomine Apollinem celebrat: ἁρπαλεαν δοσιν, Poëſin avide arreptam ab omnibus: επαγαγες, quam ipſe Deus ei ſuggeſſerat: δοσιν πενταθλιῳ, appoſitum de iſta Poëſi: Ita accipe: Menda exigua & prava horum verborum interpretatio Ariſtomenis perſonam induxit vel præcipue: ἐπαγαγες τ' Aldus perbene: Nam ſyllaba longa requiritur, & τε pro και eſt: προσθεν δε και επαγαγες: Schmidius non intellexit: ωναξ pro αναξ Editores hic: Peſſime: Nam ſic Colon Jambicum crurifragium patitur: Omnes alii recte αναξ. 97. Καλα τιν' ἁρμονιαν] Hoc flacceſcit, utut accipias: Scribendum ſuſpicor Κατα τιν ἁρμονιαν: τιν pro σοι & σου: βλεπειν κατα τιν ἁρμονιαν ὁσα αμφ' ἑκαστον νεομαι: *exigere ad harmoniam tuam*: Nihil accommodatius. 99. ἀδυμελει] Cum Emphaſi ad Δικα: ἀδυμελης ſcilicet κωμος non eſt, niſi δικα ei adſit & inſit.

101. οπιν αφθιτον] *curam illibatam*, non *curam immortalem*, ut perperam Interpretes: Nam ὑμετεραις τυχαις ſequitur: αφθιτον proprie eſt *incorruptum* γενικως, translate vero ειδικως *immortale*: Sciunt omnes, ſi unum fungum non nominandum excipias: Pro Θεων δε οπιν Libri Θεων δ' οπιν: Si inte-

grum ſumas, Tribrachys eſt pro Jambo; ſi mutilatum, tibicen eſt adhibendus, Θεων δ' οπιν γ' αφθιτον: Schmidius dedit Θεων οπιν δ' αφθιτον: Lectionem cum tibicine malo.

102. Ξεναρχες] Omnes ante Schmidium Ξεναρχες, recte cum Jambo in principio: Sed quid ipſum Ξεναρχες? Non dubito, quin Pindarus manu ſua ſcripſerit Ξεναρχει', υμετεραις: Sic filium Xenarcis habemus, ut decet: Ipſe Poëta ſupra, Ος ευμενει νοῳ Ξεναρχειον εδεκτο Κιρραθεν &c. 103. Τυχαις. Ει γαρ τις εσλα πεπαται] Colon Jambicum ab imperitis peſſime habitum eſt: Scribe, Τυχαις. Τις ει γαρ εσλα πεπαλαι: Hyperbaton leve ſeduxit bonos. 104. Μη ξυν μακρῳ πονῳ, πολλοις σοφος] Ne Spondeus ſtet in loco quarto Jambi, ſcribendum Μη ξυν μακρῳ πονῳ, σοφος πολλοις: Metricus hæc ita diſtinguebat, Μη ξυν μακρῳ πονῳ, Πολλοις σοφος δοκει πεδαφρων: Et ſic Metro absque trajectione bene eſt.

111. Μετρῳ καταβαινει] Cum Schmidio lege καταβαινων: Sic verba apte cohærent, poſito Commate poſt παρισχει pro puncto.

115. Νικαις τρισσαις, Ωριστομε-] Spondeus in loco ſecundo Jambici, cum certa pernicie Verſus: Libri Νικαισι τρισσαις, Ωριστομε-: Credo eos diſcrepaſſe olim, & in quibusdam fuiſſe Νικαισι τρισσ', Ωρισ̣τομε-: in quibusdam Νικαις τριταις, Ωριστομε-: Utrumque bonum, ſed non ejusdem ſenſus: Nam νικαισι τρισσα tres victorias in ſolis Junoniis; νικαις τρι-

τριταις vero tres victorias, in unoquoque agone unam, designat: Et hæc differentia talis est, ut sine periculo subsistere possit, neque aberraturus sit, qui vel hoc vel illud sumserit: Elige igitur: Mihi fere placet magis Νικαισι τρισσ': τρισσα pro τρισσως norunt ipsi pueri. 118. καλα Φρονεων] καλα, non improbo: Nam ad Antagonistas referri potest, in quos irruebat Aristomenes animo adverso: Sed valde tamen dubito, an ipse Poëta non dederit καλα Φρονεων: Id longe enim honestius: Egregia volvens animo, & ipsam victoriam jam animo præcipiens: Attende. 120. Επαλπνος εν Πυθι- αδι κριθη] αλπνος & επαλπνος sunt Pindarica, & alibi non occurrunt in Libris, quos habemus: De Etymo videndum: Quæ Interpretes scribunt, non sunt unius assis: Visne, quod incidit? An ab αλφω αλφνος, ut a θαλπω θαλπνος? φ in π mutata sæpe: αλφνος, αλπνος: αλφνον, quod eximium & primum est in rebus humanis: ab αλφα: αλφη, τιμη: & αλφηται, εντιμοι: ab eodem αλφα, cui locus est primus in literis: Hoc probabilius certe, quam alia illa: εν Πυθιαδι, scilicet γη: neque *in Pythia* eorum reditus judicatus fuit jucundus, neque *in patria* talis certe fuit: Ita accipiendum, & ουδε μολοντων παρ ματερα ab aliis separandum, ut sic patrium commode opponatur extero & Πυθιαδι: Erunt, qui εορτη subaudient: εν Πυθιαδι εορτη: Sed id minus

arridet mihi. 123. Γλυκυς ωρσεν χαριν' κατα λαυρας] Huic Colo Jambico vulnus etiam inflictum est grave: Scribe trajecta voce, Ωρσεν γλυκυς χαριν' κατα λαυρας: Sic persanatum est: De *Dithyrambica* sua *permutatione* hic bonus Schmidius constanter.

124. Δ' εχθρων απαορoι πτωσσοντι, συμ-] Hic etiam legendum, ne Spondeus Jambum in loco quarto deturpet, Δ' εχθρων απαοροι πτοεσνλι vel πτοεντι, συμ-: πτοεω pro πτησσω παθηλικως, ut alia id genus sunt sexcenta apud Lyricos & Tragicos: Metrico non oberat πτωσσοντι: Scribebat enim, Δ' εχθρων απαοροι Πτωσσονλι, συμφορᾳ δεδαϊγμενοι: Quare ut hic tandem dicam, quod debeo, ταξις Metrici sumenda est; nisi Libri olim discrepaverint, & quidam habuerint, ut ego correxi: Sic enim utraque ταξις stare potest, & Metri αλαξια orta est ex διττογραφιᾳ confusa: Ego Metrici ταξιν nunc unice probo, quia sic omnia sunt expedita & plana: Illud εχθρων απαοροι Emphaticum est: *etiam ab inimicis remoti*: Non vident inimicos, & tamen metuentes ne eos forte visuri sint, trepidant artusque contrahunt in publico. 128. Εξ ελπιδος πελαται] Illud εξ ελπιδος pulchre cum nostro καλα φρονεων congruit. 130. 131. ρεαις, εχων κρεσσονα τερψιν Πλυτοιο. Εν δ' ολιγῳ] Ita legendum: Aldus, a quo hæc lectio, male Πλυτω: Nam sic mutilum est Colon Jambicum: Alii legunt, ρεζις, εχων κρεσσονα πλυτυ

Me-

Μεριμναν. Εν δ' ολιγῳ: Perbene & Pindarice: μεριμνα id, quod alicui curæ eſt, ſtudium: Ita Pindarus loqui amat, idque dignius, quam τερψις: Quare ego iſtam ſcripturam potiorem duco: Parvam χωλων αταξιαν, quæ apud ita legentes eſt, facile emendavimus: Ea tamen cum voce μεριμναν minus intellecta, Interpretes in eligendo decepit. 133. Δη και πιτνει χαμαι, αποτροπῳ] Ita Schmidius ut Spondeum haberet in principio: Omnes ante eum, Δε και πιτνει &c. Rectius ad Syntaxin, nec ad Metrum male: Nemo dubitet nunc. 136. Σχιας οναρ ανθρωποι. Αλλ' ὁταν αιγλα] Appone fulcrum, ut Colon Jambicum ſuſtentes, Σχιας οναρ γ' ανθρωποι. Αλλ' ὁταν αιγλα. 138. Λαμπρον επεστι φεγγος ανδρων] Metrum male habet, ſi Periodicum ſumas, & legendum, Λαμπρον ανδρων επεστι φεγγος: Pro Syzygia Trochaica ἑξασημῳ eſt Syzygia Trochaica ἑπτασημος: Si Trochaicum præferas, Metrum ſibi conſtat, & in prima Syzygia hic eſt Dactylus & Trochæus pro Trochæo & Dactylo, vel Trochæo & Tribrache in aliis gemellis: Elige quod placet: Ego ſic Trochaicum malo, medicina indigens nulla. 142. Πολιν ταυδε κομιζε, Διϊ] Non neceſſe, ut per Synizeſin Monoſyllabum facias Διϊ: Nam Tribrachys pro Jambo eſſe poteſt perbene: Nihil nunc in hac Oda, quod leges Metricas temerat: Sed quid illud Αρματι in Inſcriptione, ſi πα-

λη vicerit Ariſtomenes? Αριστομενει Αιγινητη Παλαιστη. Αρματι: Omnes alii Αρματι ignorant, idque in hac Editione eſt ſola: Unde petierunt Editores, & quid additamentum illud bellum? Non dicunt, & ego neſcio, neque in ipſa Oda quicquam de curru.

ODE IX.

Col. 2. Συν βαθυζωνοισιν αγγελλων Τελεσι-] Metricus; τροχαϊκον τριμετρον καταληκτικον εις ιαμβον καταληγον: Imo τριμετρον ακαταληκτον, εις ιαμβον καταληγον: Et ita ſcribendum: Pro αγγελλων, quod ante Schmidium erat in una Commeliniana, Alii omnes αγγελων: Recte: Nam non neceſſe, ut Spondeus opponatur Spondeo in loco pari Verſus Trochaici; & συν βαθυζωνοισιν αγγελων Χαριτεσσι Pindaricum eſt ex aſſe: Bonus Schmidius erravit ſuo more, eumque ſequuntur Editores, ſed advocata Metrici auctoritate: quo nihil ineptius: Nam ille nihil, quod eo pertinere poteſt: αγωνων, quod in Palat. C. erat, non reſpuit Metrum, ſed reſpuit ſententia, ſive ενεκα ſubaudias, ſive συν βαθυζωνοισιν αγωνων Χαριτεσσι jungas: Prima in αγων, ut notum, ab Euripide & Sophocle producitur.

9. Αρπασεν, ηνεγκε τε χρυσεῳ] Metricus, τριμετρον δακτυλικον ακαταληκτον: Legendum certo certius, Αρπασ', ενεγκε τε χρυσεῳ: Et ita recte etiam Schmidius, adjutus a Cod. Palat. C. Addit tamen de χρυσεῳ, quod plane

ne Schmidianum: Quia ſcilicet in aliis oppoſitis eſt Spondeus in fine, hic etiam χρυσεῳ in Diſſyllabum contrahit, ac ſi Dactylus ibi ſtare non poſſet loco ſuo: Quicquamne inficetius? Dicam aliud: Dactylicum in duas ſyllabas deſinens, ambiguum eſt, Catalecticum an Acatalectum ſit, quia poſtrema eſt indifferens: Et ſic in Stropha prima Dactylus adhibetur perquam accommode, ut de aliis conſtet certo, & ambiguum tollatur: Hoc ſentiunt ſtatim periti: Bonus ille præter ſyllabarum numerum in re Metrica intelligebat nihil ne minimum.

14. Ριζαν απειρω τριταν] Metricus, Το ιδ', το αυτο τῳ γ: Nihil falſius: Scribe το αυτο τῳ ιγ. Colo ſcilicet præcedenti: τριταν rectius, quam τριλαταν: Cur enim Dactylus ſumtus, Trochæo ſeſe offerente? 16. Υπεδεκτο δ' αργυροπεζ' Αφροδιτα] Jambus non poteſt ſtare in loco ſecundo Anapæſtici Dimetri: Scribendum igitur absque dubio, Υπεδεκτο δε αργυροπεζ' Αφροδιτα: Sic Anapæſtus ibi. 17. Δαλιον ξεινον] Δαλιον ξενον etiam bonum eſt in Trochaico, cui Trochæus eſt pes domeſticus ſemper & ubique.

24. Ος Λαπιθαων υπεροπλων] Alii rectiſſime Λαπιθαν: Id mutarunt Editores noſtri, & quidem de Colo ſolliciti & incerti, cum uno Aldo. 30. νεισ λεχει Κρεισσ' ετικτεν] Κρεισσ' etiam Aldus; idque arripuit Schmidius, ut Spondeum haberet Spondeo oppoſitum:

ſitum: Inepte, ubi Colon eſt Jambicum: Alii Κρεισ': quod ego præfero propter ſoni aſperitatem in Κρειοισ': Et ſunt in oppoſitis, quæ etiam Jambum ibi habere poſſunt: Quanquam nihil tale neceſſe, ipſeque Jambus ſe tuetur ſatis jure ſuo. 31. Γαιας θυγατηρ. Ο δε ταν ευωλενον] Metricus, Τοα, Πινδαρικον. εστι δε εγκωμιολογικον: Prima ſcilicet ſyllaba a principio ad finem translata: ας θυγατηρ' ὁ δε ταν ευωλενον γαι: Ita intelligendus Metricus: qui abſtruſa ſibi commentus eſt ut eruditior videretur: Colon eſt vel Anapæſticum Dimetrum Hypercatalectum in Diſyllabum, vel Proſodiacum Trimetrum Acatalectum: Nihil planius aut perſpicuum magis. 35. Ουτε δειπνων οικοριαν] Ita ſine dubio legendum: Nam οικουριαν Colo Epichoriambico perniciem adfert: Interpretes οικοριαν pro οικουριαν poſitum cenſent; Peſſime: Nam Aphæreſis eſt plane inſolita: Ego non dubito, quin οικοριαν ſit ab οικος & ὁρος: οικορια, *domiſedæ*, quibus domus eſt limes & terminus, quæque ea non exeunt: Vox elegans & Pindarica. 38. Φασγανῳ τε μαιναμενα] Syzygia Trochaica in his variat. 39. Κεραϊζειν αγριως] Metricus, Ιωνικον διμετρον καταληκτικον ανακλωμενον: Tale eſt Colon hujus Epodi: Alia ſunt Jonica recta cum Syzygia Trochaica acciſa: Variatio eſt licita, & quam ſervare poſſumus: Alias ſcribendum hic cum fulcro, Κεραϊζειν γ' αγριως: Nam ſic Colon hoc aliis eſt gemellum: Sume quod placet: Metricus hic etiam pri-

primam Epodum conſideravit ſolam.
40. Θηρας' η πολλαν τε και ἀσυχιον] Metricus, Το ι, Πινδαρικον· παρα το πρωτον, Σαπφικον και ιαμβελεγος: Diſtinctio male habet: Scribe, Πινδαρικον παρα το πρωτον Σαπφικον. και ιαμβελεγος: πρωτον Σαπφικον vocat notiſſimum illud επιχοριαμβικον ἑνδεκασυλλαβον, ad quod Pindaricum hoc accedit: και ιαμβελεγος alterius menſuræ eſt index: Colon ſcilicet pro Jambelego a capite mutilo habebant etiam Magiſtri: Habuimus & diximus ad Olympia.
41. Βυσιν ειραναν παρεχουσα πατρωαις] Metricus, ιαμβελεγος, μετατεθεικως την πρωτην επι την τελευταιαν συλλαβην: Corrupte: Legendum eſt facta tranſpoſitione, μετατεθεικως την τελευταιαν επι την πρωτην συλλαβην: Sic nihil apertius ad mentem Metrici. 44. Υπνον αναλισκοισα, ρεποντα προς αω] Dactylicum Pentametrum: Metricus, Το ιδ, ὁμοιον τῳ πρωτῳ: Aut aliter legit, aut corruptus eſt ab imperitis: Id quisque videt: Poſterius credo.
45. Κιχε νιν λεοντι ποτ' ευρυφαρέτρας] Scribe, ut Colo Anapæſtico bene ſit, Κιχε νιν τε λεοντι ποτ' ευρυφαρετρας: Schmidii λειοντι non probo: Plura alias. 53. Θαυμασον, οἱον περ αταρβει] Dele illud περ, quod Colon Dactylicum enecat, & alii omnes ignorant: Unde Editores id arceſſiverunt ſibi?
59. Ποιας δ' αποσπασθεισα φυτλας] Duriſſimum eſt αποσπασθεισα, & vix ſenſum habere poteſt commodum: An ipſe Pindarus non ſcripſit,
Ποιας

Ποιας δ' αποσπαρθεισα φυλας? Scholiastes, απο ποιας δε φυσεως και γενης αποσπαρθεισα και γενηθεισα: Videtur legisse, ut ego conjicio: Quod sequitur, ἡ δε μεταφορα, απο των κλαδων των αποσπωμενων απο των φυτων, alterius est. 61. Γενεσθαι δ' αλλας απειραντου] Hæc cum præcedentibus recte alii jungunt. 64. Κειρεν] Recte: Sic & Aldus & Calliergus. 66. Αγανᾳ χλιαρον γελασας] Αγανᾳ χλια Jonicus est quinquesyllabus: Aldus Αγανᾳ χλαρον γελασας: Probe, si istud Hesychii jungas, Χλαρον, ρυπαρον, λεπτον, τρυχαλεον, ωχρον: De eo alias accuratius: γελασας vulgo mediam corripit: Et sic præter Idioma etiam neglectum est Metrum: Scribe γελαξας. 68. Ευθυς απαμειβετο· Κρυπται] Ita perperam Cod. Ms. γ. quem secuti sunt Editores: Alii omnes recte, Ευθυς αμειβετο· Κρυπται: Colon Dactylicum est, ut cum Metrico monuimus. 73. Αιδεοντ' αμφαδον ἀ-] Ita legendum cum syllabarum mensore Schmidio: Nam αμφαδον, quod Alii habent, mediam corripit, & Colon Trochaicum subvertit: Pueri vident. 74. ἀ- δειας τυχειν τοπρωτον ἑυνας] *ab ipso concubitu incipere.* Omnis Emphasis est in τοπρωτον: τουτο, quod præcedit, vel Elliptice scriptum pro κατα τουτο, vel distinguendum, και εν τε Θεοις Τουτο, κᾳνθρωποις ὁμως Αιδεοντ', αμφαδον ἀδειας τυχειν &c: τϐτο, *hoc:* scilicet ἀδειας τυχειν &c. 75. τον ϐ δεμιτον ψευδει δηγειν]

qui

qui mentiri & fallere non potes: cui fas non eſt aliquem mendacio attingere: Recte unus ex antiquis Interpretibus, και γαρ σε, ὃν ου θεμιτον ουδε δυναϛον ψευσασθαι, παρετρεψεν ὁ προσηνης σε τροπος εροντα με περι του Κυρηνης γενους, και της μιξεως· καιπερ ειδοτα ακριβως παντα: Alii balbutiunt, accipientes aliter: Sic ſingula apte cohærent. 86. Χω, τι μελλει, χωτε πο- τ' εσσεται] Ita perbene Ang. Ms. γ. *quid & quando:* Nihil aptius: Schmidii Χω, τι μελλει, χοπoθεν Εσσεται, iſtas gratias non habet. 97. Δεξεται ευκλειεα νυμφαν] Ita hic peſſime etiam editum: Nam Colon Dactylicum aperte deſiderat Δεξεται ευκλεα νυμφαν, quod habent Alii omnes.

99. ινα οι χθονος αισαν Αυτικα, συνϛελεθειν Εννομον, δωρησεται] Tolle diſtinctionem poſt Αυτικα & Εννομον: Nam iſta cohærent una: ινα δωρησεται αυτικα οι χθονος αισαν συντελεθειν εννομον: αισαν eſt μεριδα: Ei partem terræ legitimam eſſe concedat ſecum: συντελεθειν Emphaſin habet, & communionem indicat: εννομον autem adjectivum, ut millies, pro adverbio eſt. 104. Τοδι παιδα τεξεται, ὁν κλυτος Ερμας] Colon Anapæſticum non habet numeros ſuos: Scribe, Τοδι παιδα γε τεξεται, vel Τοδι παιδα τε τεξεται, ὁν κλυτος Ερμας.

112. Ζηνα, και ἀγνον Απολλωνα] Sic Dactylico Trimetro Acatalecto iterum vis infertur: Lege, ut in omnibus aliis eſt, Ζηνα, και ἀγνον Απολλω- ν' ανδρασι &c. 116.

Τοισδ'

Τοισδ' Αρισταιον καλειν] Τοισδε pro επι τοισδε ſcriptum putant: Non male: Præferendum tamen Τουσδ', leviter mutata litera: Nam id ανδρασι φιλοις apte reſpicit, & cum καλειν amice conſpirat: Αγρεα και Νομιον Τουσδ' Αριστ̃αιον καλειν: Vident omnes. 128. Υιος ευθαλλει συνεμιξε τυχα̃] Ita Editores cum Schmidio: Alii ante eum Υιος ευθαλει συνεμιξε τυχα̃: Non dicam Syzygiam Trochaicam εξασημον in his eſſe bonam & domeſticam; ſed dicam falli, qui mediam in ευθαλει hic corripiunt: Non eſt enim ab ευθαλης, ſed ευθηλης, quod Dorice mutatum in ευθαλης: Sic εριθηλης, νεοθηλης, &c, nota ſunt omnibus: Ne mutes igitur ευθαλει. 132. Δοξαν ἱμερταν αγαγοντ' απο Δελφων] Dactylico fulcrum appone, ne corruat: Δοξαν γ' ἱμερταν αγαγοντ' απο Δελφων. 141. Επραθε φασγανου ακμα̃] Hic ſapiunt Editores: Colon eſt, in cujus gemellis miſere cæcutiunt: Vide modo præcedentia. 154. Αει μεμναται, τα νιν θρε-] Colon Jonicum laborat: Schmidius nihil monens, Αϊ μεμναται, τα νιν θρε-, edidit: Ubi αϊ invenit pro αει? αε eſt apud Heſychium ſuo loco; ſed ita ut ſuſpectum eſſe queat: Si extaret, quod Auctor Etymologici M. allegat in Αιελιοι, de forma ejus diverſa melius judicari poſſet: Mihi legere in dubio non diſpliceat, Αναμεμναται, τα νιν θρε-: Id rotundum & certum: Nam ſi attendas, præcedens μη παραβαλλει, verborum-

rumque Syntaxis αει certe non promittit.

156. Τοισι τελειον επευχα Κωμασομαι, τι παθων Εσλον] Hæc ipſe Poëta de ſe dicit: Thebanus Herculem & Iphiclem Thebanos libenter celebraret, quoties ex voto aliquid ei eveniret: επ' ευχα rectius, quam επευχα. 158. Χαριτων κελαδεναν Μη με λιποι καθαρον Φεσγος] Hoc pendet ab eo, quod in principio dixit Poëta, Εθελω χαλκασπιδα Πυθιονικαν Συν βαθυζωνοισιν αγγελων Τελεσικραλη Χαριτεσσι γεγωνειν, & poſt longam digreſſionem hic tandem vere ad rem accedit. 162. Τρις δη πολιν τανδ' ευκλεϊξαι] Ter in Ægina Niſique colle victoriam obtinuerat Teleſicrates: Ad utrumque locum pertinet numerus, & in quo bis victor extiterat, definire accuratius noluit Poëta: τι poſt Αιγινα una cum γας, hæc nectit præcedentibus de victoria Pythia V. 125. & ſic omnia apte cohærent. 163. Σιγαλον αμαχανιαν εργω φυγων] HæcTeleſicratem reſpiciunt absque ullo dubio: Legendum igitur, vel Τρις δη πολιν τανδ' ευκλεϊξε, Σιγαλον αμαχανιαν εργω φυγων, vel Τρις δη πολιν τανδ' ευκλεϊξαι, Σιγαλον αμαχανιαν εργω φυγαν- τ'. Ουνεκεν ει &c: Qui aliter ſentiunt, nugantur.

176. Γιον ευχοντ'; ω Τελεσικρατες, εμμεν] Hoc Colon Dactylicum etiam collabitur, & ſuſtentandum eſt fulcro: Scribe, Γιον γ' ευχοντ', ω Τελεσικρατες, εμμεν: Γιεα Dactylus in Pindaro vix placet: Diſtinguenda ſunt Idioma-

mata. 177. Εν Ολυμπιοισι τε, και βαθυκολπω] Metrum ſibi requirit, vel Εν Ολυμπιαχοισι τε, vel Εν Ολυμπειοισι τε, και βαθυκολπω: Nihil certius. 178. εν τε και παντεσσ' επιχω- ξιοις] Interpretes επιχωξιοις de Libycis & Cyrenaicis intelligunt: Inepte, ubi ειδον præcedit, & Pindarum Libyam adiiſſe non conſtat aliunde: De Græcis igitur intellige, & illis, quæ ſtato tempore in Græcia agitabantur, ipſis Thebis non excluſis: Ad eas enim opportune referri poteſt vox in Vate Thebano: παντεσσ' επιχω- bonum eſt, neque malum πασιν γ' επι-: Fulcrum, ut monui plus ſemel, millies neglectum eſt ab imperitis ſcribis 179. Εμε δ' ουν τις, αοιδαν Διψαν αχειομενον, Πρασσει χρεος &c.] Locus aperte corruptus: Nam τις ita ἁπλως ineptit: Non improbo Schmidii ſuſpicionem, ſed ſcribere tamen malo: Εμε δ' ουν τις, αοιδαν Διψαν αχειομενον, Πρασσει χρεος αυτις εγειραι Και παλαιων δοξα τεων Προγονων: Sic nihil aptius: εμε δ' ουν, αοιδαν διψαν αχειομενον, πρασσει χρεος εγειραι και τις δοξα παλαιων τεων προγονων: Vident omnes: και aptum eſt, & aptum quoque τις δοξα: aptiſſimum vero αυτις εγειραι χρεος: χρεος hic eſt μελος σοι οφειλομενον: Id reſuscitat & redordiri me facit gloria tuorum majorum: παλαιων ſumſi, quia ita in plerisque eſt: Aldina παλαιαν δοξαν: quod ſi mutaretur in παλαια δοξα, ſignatius ſane eſſet, quam παλαιων δοξα, quia

in

in δοξα hic est sententiæ robur: Vide & judica. 185. Ιρασσαν προς πολιν Ανται-] Dactylicum hoc pessime habet: Scribendum sine dubio, Ιρασσαν πολιν Ανται-: προς, quod ab Interpretibus adscriptum, imperiti perperam in textum intruserunt: Poëta præpositionem noluit, quia & αμφι præcedit & μετα sequitur: Vident periti, & aperta res est. 192. Επλετο· χρυσοστεφανοιο δε ἡβας] Non malum hoc, sed melius, quod in plerisque aliis, Επλετο· χρυσοστεφανω δε οἱ ἡβας; Elegantiores sciunt. 199. Πριν μεσον αμαρ ἑλειν] Recte ἑλειν: ελθειν est explicatio, quæ irrepsit pro voce explicita absque dubio: Pindaricum ἑλειν, nec de Cretico hic cogitandum. 201. ἁπαντα χορον Εν τεγμασιν αυτικ' αγωνος] χορον ἁπαντα *virginum*; Sic recte Benedictus in Paraphrasi: Quid *proci* ad metas? 212. σθαι, ὁς πρωτος θορων] αν cum Versus dispendio ab operis omissum est: σθαι, ὁς αν πρωτος θορων Alii omnes. 213. Αμφι οἱ ψαυσειε πεπλοις] Vitium manifestum: Nam ita non loquuntur Græci: Scribe, Αμφι οἱ ψαυσειε πεπλοιν vel πεπλων: Nisi πεπλους malis, ut ψαυσειε cum casu quarto construxerit Pindarus. 220. Πολλα δε προσθεν πτερα δεξατο νικαν] Scribendum, ut Versus numeros habeat, Πολλα δε γε vel Πολλα δε τε προσθεν πτερα δεξατο νικαν; τε pro και positum malo: Πολλα δε και προσθεν &c: πτερα νικαν eleganter & Pindarice ipsi

στεφανοι, ipſa φυλλα injecta eſſe poſſunt: Notiſſimum eſt illud Herodoti Mus. 4. initio de regione ultra Scythiam, και τουτεων, των βασιληϊων, μιην μεγιστην ποιησαι, εν τον χρυσον φυλασσεσθαι· τα δε καθυπερθε προς βορεην λεγουσι ανεμον των υπεροικων της χωρης, ουκ οια τε ειναι ετι προσωτερω ουτε ὁραν, ουτε διεξιεναι, υπο πτερων κεχυμενων· πτερων γαρ και την γην και τον ηερα ειναι πλεον, και ταυτα ειναι τα αποκληϊοντα την ὁψιν: ubi ſimilis Metaphora haud dubie de nivibus.

ODE X.

Col. 2. Μαχαιρα Θεσσαλια. Πατρος] Metricus, το β, διμετρον ιαμβικον υπερκαταληκτον, αταχτον: Colon non eſt Hypercatalectum, ſi legas, ut nunc legitur: Aliter haud dubie Metricus, ut conſtat certo certius ex menſura Coli ſequentis, Δ' αμφολεγαις εξ ἑνος: ad quod ille, διμετρον Ιωνικον βραχυκαταληκτον: Legit ſcilicet, Μαχαιρα Θεσσαλια. Πατρος δ' αμφοτεραις εξ ἑνος: Sic Jambicum Dimetrum Hypercatalectum & Jonicum Dimetrum Brachycatalectum habes: αταχτον quid? Idne pertinet ad Colon ſecundum Antiſtrophæ ſequentis? Haud puto: Aut ab inepto vox eſt, aut ex ακαταληκτον, quod ταξει vulgatæ adſcriptum erat, forte enatum eſt mendum: In ταξει vulgata Colon primum eſt Jambicum Dimetrum Acatalectum; ſecundum, Cho-

Choriambicum vel Epichoriambicum Dimetrum Catalecticum: ἐξ ἑνὸς ſcilicet vel pars major Choriambi, vel pars major Ditrochæi eſſe poteſt: Et hanc τάξιν nunc, quia bona & recepta eſt, ſequemur, ut tamen alteram Metrici, ſi velis, tibi ſumere poſſis: Ex iſta diſcrepantia in Editionibus ante Schmidium fuit aliqua confuſio in Antiſtropha poſtrema; eaque apud Aldum etiam in Stropha 3. & 4. 4. Ἀριστομάχου γένος Ἡρακλέος βασιλεύει] Metricus, συνθετον ἐκ προσοδιακῆς καὶ ἰαμβικοῦ, πενθημιμερες: Colon ſimile habuimus Supra Pythiorum Od. 1. V. 6. ex indicio Magiſtri: Id vero ibi improbavimus, quia Proſodiaca ea ſunt indole, ut ſibi requirant pedes alternantes: Quare alterum hoc hic probare certe non poſſumus: Accedit, quod primo in Proſodiaco Dimetro hic nullibi ſit Jonicus, ſed pro Jonico ubique Pæon ſecundus: Dein, quod in Jambico Penthemimeri ne unus etiam ſit Jambus, ſed pro Jambis ubique Spondeus & Anapæſtus: Quæ omnia ambiguum inducunt nimium, & cum receptis regulis conciliari non poſſunt: De alia menſura igitur cogitandum: Colon mihi videtur Anapæſticum Trimetrum Catalecticum, cum Jambo in principio: Sic nihil apertius aut planius: Apud Metricum pro ἰαμβικοῦ, πενθημιμερες ſcribendum ἰαμβικῆ,

πενθημιμερους. 7. Πελινναιον απυει] Metricus, Το ζ, διμετρον χοριαμβικον βραχυκαταληκτον: Nihil falsius: χοριαμβικον ex modulo præcedentis Versiculi huc male translatum est, & ipse Metricus scripsit, credo, διμετρον αντισπαστικον καταληκτικον: Talis enim est hicce: απυει pro απυειν legendum sine dubio: Ellipsi enim non est locus. 8. Αλευα τε παιδες, Ιπποκλεα] Antispasticum Trimetrum Brachycatalectum: Metricus, διμετρον δοχμαϊκον ακαταληκτον: Quid illud? Duo Dochmaica, nisi fallor, sumsit; quorum syllabas excurrentes posuit in fine, non ad ipsa Dochmaica applicuit; & sic idem dixit intricate & obscure, quod nos dicimus simpliciter & aperte. 9. Θελοντες αγαγειν επικωμιαν] Metricus, επιωνικον τριμετρον βραχυκαταληκτον: Sic Pæonem secundum sumsit pro Jonico a majore, & reliqua pro Jambicis habuit: Quod nimis certe ambiguum est, nec mihi placet; præsertim ubi in sequentibus sunt, quæ istam mensuram plane respuunt: Quare ego Colon pro Antispastico Trimetro Brachycatalecto habeo, in quo post Antispastum sequuntur Jambica; & hic appositio fulcro scribo, Θελοντες γ' αγαγειν επικωμιαν.

10. Ανδρων κλυταν οπα] Bonus Schmidius Νεων pro Ανδρων, ut Jambum haberet Jambis oppositum. 12. Στρατῳ τ' Αμφικλυσιων ὁ Παρ-] Laborat Versus Jambicus, & ita

ita ex Pindari calamo non exiit: Scribe transpositis vocibus, Αμφικτυονων στρατῳ δ' ὁ Παρ-: Nihil facilius: Quod Schmidius de mensura vocis Αμφικτυονων notat, plane redolet Prosodiam ejus novam: Ineptum vero & falsum, quod de Αφικτιονες scribit, ac si ita dicti fuissent primo, idque testaretur Pausanias Lib. 10. cap. 8. Nam nihil hercule, quod eo pertineat, ibi; nec ad αφικοντο attendendum, sed ad παρα των προσοικουντων in istis Pausaniæ: Pueri vident, & ridiculus est homo, qui isto commento stabilire voluit inanias suas: Metricus hæc & sequentia, ut ad Stropham vidimus, aliter digessit. 18. μηδεσι] Hoc Metrum Antispasticum sibi desiderat certo. 19. τ' επραξε· το δε συγγενες εμβεβα-] ut Antispastus ante Jambica sit Antispastus, scribendum, τ' επραξεν· το δε συγγενες εμβεβα-. 22. Διϛ εν πολεμαδοκοις Αρεος ὁπλοις] Asynartetum, vel ex Jambico Dimetro Brachycatalecto & Dimetro Dactylico, vel ex Jambico Penthemimeri & Penthemimeri Anapæstico: πολεμαδοκοις, an πολεμοδοκοις scribas, perinde est: utrumque in Libris: Metricus, μητρωακον, τριμετρον ακαταληκτον: An Metrum hoc frequens in carminibus, quæ Deorum Matri accinebantur? Nescio: Illud scio, plane diversum esse a μητρωακῳ, cujus meminit Hephæstion in Enchiridio: In his Metricis multa inepta ab ineptis Magistellulis. 23.

Εθηκε και βαθυλειμωνα] Metricus, ιαμβικον διμετρον ακαταληκτον: Corruptus eſt, & ſcribendum ſine dubio, ιαμβικον διμετρον καταληκτικον: Ad Colon ſequens ſcribit, Ιωνικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Legit ſcilicet, ut certo certius legendum eſt, Εθηκε και βαθυλειμωνα ὑπο Κιρρας αγων: Aliorum Epodorum gemella non aliter: Bonus Schmidius σιν θηκε, ut Spondeum haberet pro Jambo in Jambico. 27. Εν ἀμεραις, αγανορα] Ita Editores: Omnes alii, & ipſe Schmidius, Εν ἀμεραις: Junge gemella & de Jambico cogita. 28. Πλουτον ανθειν σφισιν] Metricus, Παιωνικον διμετρον ακαταληκτον: ex Creticis pro Pæonibus: Schmidius ſuo more ridicule & inepte: Verbo moneo εν παροδῳ.. 37. Κρατησας, τα μεγιστ' αεθλων ἑλῃ] In Antiſpaſtico nihil mutandum: Qui Metricum antiquum ſequuntur, mutare debent; & ſyllabarum menſor Schmidius Κρατησε, τα μεγιστ' αεθλων ἑλων: Vide ad Stropham. 38. Τολμᾳ τε, και σθενει] Hic ut Jambum haberet pro Spondeo, Ineptulus ſcripſit Θρασει τε, και σθενει in Jambico: Notare pudet pigetque: Debeo tamen verbo. 39. Και ζωων ετι, νεαρον] νεαρον in Diſyllabum contrahi poteſt, vel τε νεα pro Tribrache haberi: Fors ipſe tamen Pindarus ſcripſit ναρον: νεαρος, νηρος, ναρος Dorice: Vide me ad Phrynichum in Νηγον ὑδωρ. 40. υἱον ιδῃ] Rectiſſime ιδῃ ad ἑλῃ præcedens: Schmidius inepte ιδων, quia Κρατησε ἑλων cor-

rexe-

rexerat: Vident omnes, qui oculis non lippiunt. 42. Ο χαλκεος ουρανος υπω αμβατος αυτοις] Sententiam corrupit Schmidius: Veriſſime Interpres antiquus: Homines ſint licet feliciſſimi, nunquam Diis fieri poſſunt æquales, ipſoque Cœlo Deorum domicilio potiri: Res eſt apertiſſima ex præcedentibus & ſequentibus: Mittamus eum, & conjecturam ejus ineptam: ουποτε veriſſimum, ut ipſa ſententia: In Anapæſtico pro Spondeo eſt Anapæſtus, pes domeſticus.
43. Οσαις δε βροτειον εθνος Αγλαϊας &c.] Elegans locus, ſed male ſcriptus, & male intellectus: Scribe, Οσας δε βροτειον εθνος Αγλαϊας ἁπτομεσθα, Περαινει προς εσχατον πλοον: εσχατος πλους eſt θανατος, & cymbam Charontis reſpicit: Omnis ſplendor humanus ad mortem & tenebras perducit ſplendidos illos: Nihil apertius aut accommodatius: ἁπτομεσθα cum caſu patrio conſtruunt Græci, & ipſum περαινει ſic commode ad αγλαϊας ſe refert: Οσας δε βροτε eſt Antiſpaſtus quinqueſyllabus, & neque de Synizeſi, neque de βροτον cogitandum hic. 47. Αν ευροις ες Υπερβορεων αγω-] Ita ridicule editum hic: Omnes alii conſtanter, Ευροις αν ες Υπερβορεων αγων: Scribendum cum fulcro, ut Antiſpaſtus ſe prodat, Ευροις αν γ' ες Υπερβορεων αγω-: niſi malueris Ευροις αρ' ες Υπερβορεων αγω-: Prima in αρα eſt anceps, & utraque vocula quadrat: Bonus Schmidius primam

in Ευροις corripit: quam productam probare debuiſſet ſerio, quia aliquatenus commendat Metrici dimenſionem, & ſic ſaltem Jonicus ſe exhibet ſemel: Sed in re Metrica Metricus ille erat revera puer. 48. να θαυμασ∫αν ὁδον] Lege, ut Colo Jambico bene ſit, να θαυμασιαν ὁδον: θαυμασιος idem, quod θαυμαστος: Anapæſtus eſt pro Jambo: θαυματαν non dixerunt Græci: Tantum abeſt, ut in Cœlum adſcendere poſſint mortales, ut ad Hyperboreorum terram beatam ne quidem pervenire queant omni labore & induſtria ſua: Ita hæc cum præcedentibus cohærent: Et inde digreſſio hæc Poëtæ: Interpretes non animadverterunt: Sed quid αγωνα Υπερβορεων? Certe αγων nec pro αθροισματι, nec pro θαλια accipi poteſt commode: Vix dubito, quin vox leviter corrupta ſit, ipſeque Pindarus ſcripſerit, ες Υπερβορεων αλωνα θαυμασιαν ὁδον: αλων idem, quod αλως: quo nihil hic accommodatius. 55. ὁρων ὑβριν Ορθιᾶν κνωδαλων] Rectius legeretur ὑβριν Ορθιαν in caſu quarto: Dicam, quod nemo hactenus dixit, & mihi perquam probabile: De ονοις hoc intelligendum αγριοις, qui οναγροι appellantur vulgo: Illi ſeſe erigunt concinne, & motu, qui oculos oblectare poſſit: De manſuetis nihil inſulſius: Videbimus diſtinctius alibi. 61. Δαφνᾳ τε χρυσεᾳ κο-] Hic prima in χρυσεᾳ certo certius corripitur. 75. σιωταις λιθινον θαλα∫αν Φερων] Opti-

Optima lectio, si Antispastice metiaris mecum; pessima, si Epionice metiaris cum Metrico antiquo: Vident omnes, qui in his aliquid vident. 76. Εμοι δε θαυμασαι, Θεων &c.] ουδεν εμοι φαινεται απιστον εμμεν θαυμασαι: Græcismus notus: *ad admirandum*; ut sit admirationi: Vide quid hic bonus Schmidius Metri imperitia. 86. Οπ' αμφι Πηνειον γλυκει-] Ita nasutus syllabarum mensor, ut Anapæstus se opponeret Anapæsto: Alii omnes ante eum recte Πηνειον cum Spondeo, qui Anapæsto par. 88. Τον Ιπποκλεα ετι και μαλλον συν αοιδαις] Anapæsticum etiam bonum: Nam Ιπποκλεα postremam producit: Ιπποκλεεα, Ιπποκλεα: Et ista forma nominis mihi placet cum Aldo, qui Ιπποκλει in ipsa Inscriptione habet: Quare & Ιπποκλεϊ scribo in prima Stropha, & errore isto leviculo nomen immutatum esse suspicor: Syntaxis ibi turbata: Vide modo Interpretes antiquos & novos. 90. ητον εν ἁλιξιν θησε-] Imo ἁλιξι, ut Colon Epichoriambicum sit sanum: Et ita plerique Editi. 91. μεν, εν τε παλαιτεροις] Antispasticum ægrotat: Scribi posset, μεν, ενι τε παλαιτεροις: Nam Antispastus primas breves admittit lubens, & tres aliæ breves sunt pro Trochæo: Sed quia id paulo levius fortasse hic, malo, μεν, ειν τε παλαιτεροις: Sic nihil convenientius. 100. ανεϊ Θωρακος, ὁς περ] Hic recte ανεϊ pro ανει scriptum est, ne Choriam-

riambus abeſſet. 103. Τετραορον, φιλεων φιλεοντ', αγων] Optimum etiam Antiſpaſticum, & peſſimum Epionicum: Τετραο eſt Tribrachys, neque neceſſe ut ſcribamus Τετρωορον: Nam Τετραορον φι eſt Antiſpaſtus quinqueſyllabus vere bonus: Periti vident: Quare nunc Metricum antiquum plane valere jubeo cum ſuo Epionico, quod Colon hoc una cum Colo Epodi præcedentis aperte reſpuit: Et hominem nimis properantem hic etiam primam modo Stropham conſideraſſe arbitror, aliis neglectis. 107. Αδελφεως τε επαινη-] Hic quoque Ineptulus Κἀδελφεως contra omnes Libros, ut pro Jambo haberet Spondeum in Jambico: Quid iterum in Inſcriptione hujus Odæ, poſt διαυλοδρομῳ illud ἁρματι, quod aliæ Editiones ignorant?

ODE XI.

Col. 2. 3. Μεν Ολυμπιαδων αγυιατις, Ινω δε Λευκοθεα πορτιαν] Metricus, Το β, Ιωνικον τριμετρον βραχυκαταληκτον. Το γ, αντισπαστικον διμετρον ὑπερκαταληκτον: Poſterius oſtendit, eum Cola hæc ita ordinaſſe,

Μεν Ολυμπιαδων αγυιατις, Ι-
νω δε Λευκοθεα πορτιαν

Sic Jonicum Trimetrum Brachycatalectum habemus cum Antiſpaſtico Dimetro Hypercatalecto: Μεν Ολυμπια eſt Jonicus quinqueſylla-

ſyllabus, reſoluta poſtrema longa: Et ταξις hæc bona eſt; eamque ſecuti ſunt omnes ante Schmidium; qui hanc induxit primus: Nullo hercule jure, ut vides, & ex mera imperitia, quod Metricum non intelligeret: Tu reduc, quæ antiqua ſunt & bona.

4. Ομοθαλαμε Νηρηϊδων] Metricus, τροχαϊκον διμετρον βραχυκαταληκτον: Vitium ſapertum: Scribe, τροχαϊκον διμετρον καταληκτικον.

5. Ιτε συν Ηρακλεος αριστογονῳ] Metricus, τροχαϊκον διμετρον βραχυ λελυμενον: Ineptit βραχυ, & a ſcribis ineptientibus eſt: Metricus dederat, τροχαϊκον διμετρον ὑπερκαταληκτον λελυμενον: Nihil apertius. 6. Ματρι παρα Μελιαν, χρυσεων] Metricus, ἐφθημιμερες δακτυλικον: Sic recte ſyllabarum menſor παρα ſcripſit pro παρ: Cæſura etiam eſt in aliis oppoſitis: Vix tamen dubito, quin Libri olim exhibuerint quidam, Ματερι παρ Μελιαν, χρυσεων. 8. 9. Θησαυρον, ὀν περιαλλ' ετιμασε Λοξιας] Metricus, Το η, ιαμβικον διμετρον καταληκτικον. Το ϑ, ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Cola ita ordinata repperit in Libris ſuis,

Θησαυρον, ὀν περιαλλ' ε-
τιμασε Λοξιας.

Recte & vere: Nam ταξις vulgata peccat, ut in ſequentibus videbimus. 13. Νυν επινομον Ηρωϊδων] Ita Schmidius: Ante eum omnes, Νῦν επινομον Ηρωϊδων: Dactylus in principio

cipio Trochaici non peccat. 17. Γας ομφαλον, κελαδητε α- κρᾳ συν ἑσπερᾳ] Cum Metrico ſcribe, Γας ομφαλον, κελαδητε Ακρᾳ συν ἑσπερᾳ. 20. Χαριν, αγωνι τε Κιρρας] Metricus, Φερεκρατειον, απο βραχειας αρξαμενον: Scribe απο βραχειων αρξαμενον: Antiſpaſtus eſt quinqueſyllabus, qui a Tribrache incipit: χαριν ſcriptum Elliptice pro καλα χαριν: & ἑπταπυλοισι Θηβαις αγωνι τε Κιρρας a κελαδητε pendet: οφρα κατα χαριν κελαδητε ἑπταπυλοισι Θηβαις αγωνι τε Κιρρας Θεμιν ἱεραν, Πυθωνα τε &c: Nihil aptius: Interpretes non bene. 21. Εν τῳ Θρασυδαιος εμιγασεν ἑσλιαν] Metricus, επιωνικον τριμετρον ακαταληκτον: De hoc Epionico ſummopere dubito, quia Trochæi ſtant ante Jambos: Aliud, de quo dubitari non poteſt, eſt apud Hephæſtionem pag. 46, & habuimus ſupra Od. 13. Olymp. V. 6. in Stropha: Colon ego habeo pro Aſynarteto, vel ex Penthemimeri Anapæſtico, & Jambico Dimetro Brachycatalecto; vel ex Jambico Dimetro Brachycatalecto, & Penthemimeri Trochaico. 22. Τριτος επι ſτεφανον πατεῳαν βαλων] Metricus, περιοδος ἐξ ιαμβων και τροχαιων: Tres Trochæi præcedunt, & duo Jambi ſequuntur: Τριτος επι στεφανον πα ſunt Trochæi vel pro Trochæis habentur: τρῳαν βαλων ſunt Jambi vel pro Jambis habentur: A capite numerans, habes tres Trochæos & duos Jambos; a cauda numerans, contra habes duos Trochæos

&

& tres Jambos: In eo converſio & περιοδος: Typos addam mere Trochaicos & Jambicos, ut res ſit apertior: -υ-υ-υ υ-υ-: Τριτος, an Τριτον ſcribas, perinde eſt: Utrumque in Libris. 23. Εν αφνειαις αρουραισι Πυλαδα νικων] Metricus, το αυτο: præcedenti: Hic tres Jambi præcedunt, & tres Trochæi ſequuntur: Εν αφνειαις αρου ſunt Jambi, ραισι Πυλαδα νικων ſunt Trochæi: Et horum περιοδος aperta, ſi Πυλαδα in meando & remeando pro Anapæſto habeas, ut debes: De Periodicis alibi forte plura: Metricus minus accurate, præſertim ad Colon præcedens, ubi præcedunt Trochæi: Sed ſcripſit forte ipſe, Το δ, περιοδος εκ τροχαιων και ιαμβων. Το ε, το αυτο εξ ιαμβων και τροχαιων: quod mutilarunt imperiti. 29. Οποτε Δαρδανιδα κοραν Πριαμου] Δαρδανιδα κοραν jungo cum Schmidio, quia commode Tribrachyn Tribrachi opponit in Verſu Trochaico: ſed ſi Δαρδανιδα Πριαμυ cum aliis jungerem, Verſus ideo non ægrotaret: Sic enim in loco ſecundo Trochaici eſt Dactylus, in tertio Trochæus, & Metrum licite variat: Quod bonus ſyllabarum menſor videre non poterat. 30. Κασσανδραν πολιῳ χαλκῳ] Dactylicum Hepthemimeres, ut ad Strophan vidimus: Bonus Schmidius hic plane deſipit. 32. Ψυχα, πορευ' Αχεροντος α- κταν παρ' ευσκιον] Cum Metrico ſcribendum, Ψυχα, πορευ' Αχεροντος Ακταν παρ' ευσκιον. 37. Βαρυπαλαμον

ορσαι

ορσαι λοχον] Ita unus Ms. γ: Alii omnes conſtanter, Βαρυπαλαμον ορσαι χολον: Quos ego ſequor: Nihil enim naturalius, quam ορσαι χολον, & nihil Pindaricum magis, quam χολον βαρυπαλαμον: Oculatiores vident ſtatim. 38. Η ἑτερῳ λεχει δαμαλιζομεναν] Et hic licite variat Colon Trochaicum: Nam poſt Tribrachyn & Trochæum non peccant duo Dactyli: Id certum: Quid tamen ſtrenuus ſyllabarum menſor? Scribit, acute ſcilicet & Emphatice, Η ἑτερῳ τινι δαμαλιζομεναν: Riſum vix contineo. 39. Εννυχιοι παραγον κοῖλαι] Schmidius recte Εννυχιοι pro Εννυχοι: Id enim Colon Dactylicum aperte requirit: Quid ille præterea? Pro παραγον ſcribit απαγον, quia in Stropha & Antiſtropha prima cæſuræ beneficio producitur ſyllaba brevis: Et hoc ſtultum adeo & puerile, ut nihil ſtultius aut puerilius excogitari poſſet; inprimis ubi in Stropha ſecunda Κασσανδραν πολιῳ χαλκῳ præcedit: Sed aliam ibi adhibebat ſibi machinam: Ineptiarum tædet. 40. Το δη νεαις αλοχοις] Pæonicum male habet: Lege, το δε νεαις αλοχοις: Nihil paratius. 41. Εχθιστον αμπλακιον· κα- λυψαι τ' αμηχανον] Ita recte cum Metrico legitur hic. 46. Ο δε χαμηλα πνεων, αφαντον βρεμει] βρεμει hic duriſſimum eſt, utut πνεων præcedat: Id vident omnes, quibus aliquis eſt judicii uſus: An ipſe Pindarus forte ſcripſit, Ο δε χαμηλα πνεων, αφαντος βρομῳ? βρομῳ, κακολογια, φθο-

νῳ,

ῳ, eleganter. 47. Θανε μεν αυτος ἡρως Ατρεϊδας ικων] Ατρεϊδας pro Ατρειδας recte etiam Aldus: Θανεν pro Θανε deſiderat quoque Metrum. 51. Τρωων ελυσσε δομους] Apage illud ελυσσε, quod Aldus etiam habet: Perbene alii ελυσε: In re clara verbis parco: Schmidii εσυλε digniſſimum eſt ipſa Morbonia. 52. τος. Ο δ' αρα γεροντα ξενον] Ita legendum, ut Trochaicum Dimetrum Catalecticum habeamus: τος. Ο δ' αρα ξενον γεροντα Trochaicum Dimetrum Acatalectum nobis obtruderet. 55. συν Αρει] *ferro.*

56. Πεφνεν τε μητερα, θηκε τ' Αι- γισθον ε φοναις] Hic iterum cum Metrico ſcribendum, Πεφνεν τε μητερα, θηκε τ' Αιγισθον εν φοναις. Pro Πεφνεν τε μητερα Alii Επεφνε μητερα: Utrumque bonum haud dubie. 59. σιπορον τριοδον εδικαθην] Variat Jonicum: Nam poſt Jonicum quinqueſyllabum hic pro Ditrochæo eſt ipſe Jonicus quadriſyllabus: Et variatio altera etiam in his; quod pedes poſtremi dimidium in quibusdam ſit Pyrrhichius, in quibusdam Trochæus: Hic Trochæum habes dimidium Ditrochæi; in Stropha prima τις I Pyrrhichium dimidium Jonici: Vident periti, & bonus Schmidius id non videns, forte mutavit ea de cauſa ordinem receptum. 62. ακατον ειναλιαν] Alii εναλιαν: Tribrachys pro Dactylo: Recte ſine dubio etiam hic. 63. Μοισα, το δε τεον, ει μισθῳ Συνεθευ &c.] Hæc peſſime habita

habita ſunt, & in illis nihil fere eſt boni: Dicam breviter: Scribendum eſt,

Μοισα, το δη τεον, ου μισθῳ
Τυ συνεθευ παρεχειν
Φωναν ὑπαργυρον, αλλ' αλ-
λα χρη ταρασσεμεν,
Η πατρι Πυθονικῳ
Το γε νυν, η Θρασυδαιῳ·
Των ευφροσυνατε &c.

το δη pro το δε, quia cæſuræ in Monoſyllabis non eſt locus: ου μισθῳ: Muſa Pindari non erat venalis, & hæc ipſa in medio civitatis gaudio civis cantabat civibus, privatus privatis: Tales enim Thraſydæus & pater: Peſſimi Grammatici, qui ubique Pindari φιλαργυριαν crepant, peſſime ου in ει mutarunt: Apparet etiam ex cohærentia loci, quæ ſic optima: Nam poſt ου μισθῳ τυ συνεθευ appoſitiſſime ſequitur nunc αλλ' αλλα χρη ταρασσεμεν: Id quisque videt: Et ſic facile etiam reſtituitur Colon penultimum & ultimum Antiſtrophæ: Πυθονικῳ, νικωντι εν Πυθοι: Πυθωθεν, Πυθοθεν: Notum ex Stephano in Ethnicis: Et ſic perbene Πυθονικῳ, τοπικως: Omnia nunc ſunt aperta & plana. 70. Τα μεν ἁρμασι καλλινικοι παλαι] Scribendum, Τα μεν εν ἁρμασι καλλινικοι παλαι, cum Schmidio: Id Periodicum ſuggerit ſtatim. 71. Ολυμπια τ' αγωνων πολυφατων εσχον] Schmidius Ολυμπιας αγωνων: Male ubi Πυθι ſequitur: Abundat copula

copula & ejicienda eſt: Ολυμπια αγωνων: Videbimus mox, unde enata ſit. 72. Θοαν ακτινα συν ἱπποις] An prima in ακτινα poteſt corripi? Haud puto: An igitur Spondeum in loco ſecundo Jambici hic poſuit Pindarus? Neque illud puto: Legendum, Ακλινα θοαν συν ἱπποις: Pedes gemelli variant: Hic Anapæſtus eſt in loco ſecundo, quem Antithetica habent in tertio: Id Grammatiſtis miſellis diſplicuit, & inde lepidum illud vulgatum. 73. Πυθοι τε γυμνον επι] Scribendum, Πυθοι δε γυμνον επι: Τε μεν præcedit, Πυθοι δε ſequitur, & oppoſitio hic requiritur certa: Ab hoc autem τε, præcedens τε poſt Ολυμπια: γυμνον, an γυμνοι legas, parum vel nihil potius refert: Utrumque opponitur αγωσι συν ἱπποις, & ea in his eſt Emphaſis. 79. Τα μεσα μακροτερῳ συν] Haud dubie delendum συν, ab interprete profectum: Metrum clamat. 80. Ολβῳ τεθαλοτα, μεμφομ' &c.] Scribe, cum Metrico, Ολβῳ τεθαλοῖα μεμφομ' αισαν τυραννιδων. 82. Ξυναισι δ' αμφ' αρεταις] αρεταις idem, quod αγαθοις hic: Græcus Interpres recte, αρεταις, ευτυχιαις: αρετη ab αρεω, αρεσκω eſt. 84. τα. Ειτις ακρον ἑλων, ἡσυχια] ἡσυχια Metro vim infert, & facit, ut ſyllaba male abundet in Colo Antiſpaſtico: Scribendum cum Schmidio ἡσυχα. 86. Απεφυγεν· μελανος αν εσχατιαν] Plerique Libri, μελανος δ' αν εσχατιαν, & pro αν quidam etiam αι', quos

inter est Aldinus: Dicam verbo: Locus fuit διττογραφουμενος, & in quibusdam extitit, φθονεροι δ' αμυνοντ' ατᾳ, Ει τις ακρον ἑλων, ἡσυχα Τε νεμομενος, αιναν ὑβριν Απεφυγεν, μελανος δ' αν' εσχατιαν Καλλιονα θανατᾳ εσχεν, Γλυκυτατᾳ &c: in quibusdam vero, φθονεροι δ' αμυνοντ' ατᾳ. Ει τις ακρον ἑλων, ἡσυχα Τε νεμομενος, αιναν ὑβριν Απεφυγεν, μελανος αν εσχατιαν Καλλιονα θανατῳ εσχεν, Γλυκυτατᾳ &c: Utrumque bonum: αν' in priori cum εσχεν copulandum, neque sic convenit αν: quod in posteriori contra ita convenit, ut & δ' excludat: Variat autem Metrum in priori, sed licite, ut vides; neque ideo præferendum est alterum: Tu sume, quod placet. 89. Ευωνυμον κτεανων &c.] Ordina, ut Metricus ordinavit: Ευωνυμων κτεανων κρατιστων χαριν πορων: Sic consona sunt gemella, quae nunc male discrepant: Jambicum Dimetrum Acatalectum cum Penthemimeri Trochaico vix commode haberi posset; alias ita etiam ordinare liceret: Vides, si singula consideres.

94. και Καστορος βιαν, Σε τε αναξ Πολυδευκες, υἱοι Θεων] Mihi perquam suspectum est υἱοι Θεων, ubi nihil præcedit, quo se commode referat υἱοι: Nam unum Πολυδευκες vix sufficit duobus: Nonne legendum υἱους Θεων? Id aptissimum post Καστορος βιαν & Σε τε.

95. Το μεν παρ' αμας ἑδραισι Θεραπνας, το δ' οι-] Ægrotat Periodicum: Scribe, Το μεν παρ'

παρ' ἀμφιβραχυν Θεραπναις, το δε οι-: Pro Anapæſto eſt Spondeus; pro Trochæo Tribrachys in Trochaico: Et ſic perbene variat Metrum: Nihil facilius.

ODE XII.

Col. 1. Αιτεω σε Φιλαγλαε, καλ-] Metricus, περιοδος δωδεκασημος, εκ σπονδειων, και πυρριχιου, και τροχαιου, και ιαμβου: Nota Periodum ex quatuor pedibus Diſyllabis: Sed commentum eſt Magiſtri, & ipſum Colon habendum pro Proſodiaco Dimetro Acataleſto. 6. δματον καλωναν, ω ανα] ανα non placet pro ανασσα: Nam ubi exemplum iſtius συγχυσεως? Θεος pro Θεα occurrit ſæpe: Legendum arbitror, donec huic loco accedant alia, δματον καλωναν, ω ανασ- σ', ιλαος &c: Vitium eſt leve: Et ſic etiam Schmidius. 8. Ανδρων τε συν ευμενεια] Metricus, εξ Ιωνικου απο μειζονος και χοριαμβου: Simile primo, ſecundo, quarto, quinto, & ſequenti etiam nono: An ita diverſimode ipſe Magiſter? Haud puto, & hæc ex aliis interpolata a Compilatoribus: Nihil apertius.

11. Αυτον τε νιν &c.] In Metricis pro ὁμοιον τω, Ερασμονιδη χαριλα, ſcribendum Εφασμονιδη Χαριλαε: Exemplum notum ex Hephæſtione, cujus meminit etiam Metricus ad Od. 9. Pyth. 15. ὑπο τ' α- πλατοις οφιων κεφαλαις] ἁπλατοις pro ἀπελαστοις: πλαω, απλητος, απλατος. 19. τριτον α- ὕσειν

κασιγνηταν μερος] Ineptiunt, qui αὔσειν pro κατεπολεμησειν positum censent: Quis ita locutus? An quia αὐτη sumitur pro μαχη, αὔω pro καταπολεμω sumi potest? Apage, apage nugas: Haud dubie legendum, Περσευς ὁπόσε τριτον α- νυσειν κασιγνηταν μερος: ανυω pro occido sumitur plus semel: Eruditi sciunt, & nihil accommodatius. 21. Ενναλια Σεριφῳ] Σεριφῳ hic mediam corripit. 25. Αυγρον τ' εϱανον Πολυδεκτᾳ Θηκε, ματρος τ' &c.] εϱανον male Interpres *convivium* vertit: ϵϱανος hic *collatio* est, nec de convivio cogitandum: In nuptias Hippodamiæ Polydectes ab unoquoque petebat symbolam; & ea, quam conferret Perseus, caput erat formosissimæ Medusæ: Cum Græco Interprete jungere debes Apollodorum in Biblioth. Lib. 2. Cap. 4. qui & Pindarum & ejus Interpretem illustrat plane: Istam ϵϱανος indictionem lugubrem fecit Perseus Polydectæ, una cum dura servitute & coacto conjugio Matris; quæ Filii virtutem in Polydectem acuerunt non immerito. 33. αυ- λαν τευχε] Aldus αυλων: quod ego malo. 38. ϵρικλαγκταν γοον, Ευϱεν Θεος. Αλλα νιν &c.] Cum aliis distinguendum, ut verba apte cohæreant, ϵρικλαγκταν γοον. Ευϱεν Θεος· αλλα νιν &c. 42. Ευκλεα λαοσσοον μναστηρ' αγωνων] Calliergus & alii rectius, Ευκλεα λαοσσοων μναστηρ' αγωνων: Pueri vident. 51. ϖ δε τελευ- τασει νιν, ηϖοι σαμερον Δαιμων] Lo-

Locus ineptus: Nam quod Schmidius dicit, Græcis auribus plane inauditum eſt: Neque Ellipſis, quam alii crepant, admitti poteſt ullo modo: Sic ſententia optima ex peſſima balbutie educi, & omnia, utut perplexa, facile expediri poſſunt: Dicam verbo, quod verum eſt certo certius: Legendum, ἐκ δὲ τελευ- τᾶσει νιν ἐπ' ἦμαρ Δαιμών: *poſtea vel hodie:* Nihil aptius: Id videre non potuerunt oculati Critici. 55. Οὗτος, ὁ καὶ τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν] Variant numeri, & in hoc Colo Syzygia Jambica ἑξάσημος eſt pro Syzygia Jambica ἑπτάσημῳ in aliis. 56. τὸ μὲν δᾶσει, τὸ δ' οὐπω.] Malo οὐ πω, ut ociętur πῳ.

****

NOTAE
IN NEMEA.
ODE I.

Col. 1. Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ] Bonus Schmidius, ut Spondeum opponeret Spondeo, σεμνοῖ vel σεμνοῦ. 10. Ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος] Metricus, ἰαμβελεγος, δίμετρον, ἀκαταλῆκτον: Vitium apertum: Scribę, ἰαμβικὸν δίμετρον ἀκαταλῆκτον: Tale eſt Co-

Ion. 11. Αρχαι δε βεβληνται, Θεων Κεινω συν ανδρος δαιμονιαις αρεταις] In his ſenſus non eſt aptus: Legendum arbitror, Αρχαι δε βεβλησθαι Θεῳ, Κεινω συν ανδρος δαιμονιαις αρεταις: αρχαι Encomii, αρχαι victoriarum, debentur Deo ſimul & Viri iſtius eximii virtutibus divinis: Recte Scholiaſtes, εθος Πινδαρῳ θεοις αναπτειν τα ὁπωσουν τοις ανθρωποις εκπονουμενα: Pietatis laude floruit Vates, eamque hæc etiam ſervant: Præcedit Ζηνος Αιτναιω χαριν: Eo pertinet Θεῳ, quod in Θεων perperam mutatum ab imperitis, qui ſenſum non tenebant, & Iota adſcriptum habebant pro litera affini: Plurimi inde errores, ut nemo neſcit: Ζευς Αιτναιος ipſe etiam Ζευς Νεμεαιος, & illi loco, non re diverſi. 16. Εγειρε νυν αγλαϊαν τινα νασῳ] Inepta lectio: Nam in Εγειρε νυν ισοδυναμια eſt nulla: Hoc vident omnes, qui Metrum Dactylicum vel leviter intelligunt. Alii conſtanter, Νυν εγειρ' αγλαϊαν τινα νασῳ: In quo ισοδυναμια eſſe poteſt: Nam in Dactylicis aliquando admittitur Creticus: Quare ita variare potuit Lyricus, & nos ita legere poſſumus: Perperam Schmidius, Νυν εγερ' αγλαϊαν τινα νασῳ: Nam & ſententia, & uſus loquendi obſtat. 19. αριστευσαν ευκαρπω χθονος, &c.] αριστευσαν Σικελιαν reſpicit, ορθωσειν Δια: Nihil apertius: Ad Σικελιαν πειραν modo attende poſt ευκαρπω χθονος, quod terram frugiferam denotat γενικως. 25. Λαον ἱππαχμον, θαμα

θαμα δη και Ολυμ-] Metricus, Σαπφικον ἑνδεκασυλλαβον: A l'indaro interpolatum, quale habuimus in Stropha & Antistropha: Πινδαρικον ex Σαπφικου rectius ibi: Lectio, quam sibi finxit Scholiastes, Λαον ἱππαιχμον θ' ἁμα δη και Ολυμ- πιαδων &c. inepta certe non est: Et eam habet Aldus. 27. Χρυσεοισι μιχθεντα. Πολλων επεβαν] Metricus, τροχαϊκον τριμετρον ακαταληκτον: Verba ejus sunt corrupta: Scribe, τροχαϊκον τριμετρον βραχυκαταληκτον: Nihil apertius: Et sic puer videat legendum esse, Χρυσεοις μιχθεντα. Πολλων επεβαν. 28. Καιρον ου ψευδει βαλων] Recte *tempus non feriens mendacio*: βαλλειν καιρον, ut βαλλειν σκοπον: Hoc Pindaricum: καιρος tempus & opportunitas in tempore: Aldi λαβων non placet: Πολλων επεβαν Interpres Græcus perbene explicat γενικως. 34. Λελογχε δε μεμφομενοις εσ- λως ὑδωρ καπνῳ φερειν Αντιον] Locum hunc ego ita lego & intelligo: Λελογχε δε μεμφομενοις εσ- λος γ', ὑδωρ καπνῳ φερειν Αντιον: Eo, quod εσλος est μεμφομενοις, λελογχε φερειν ὑδωρ καπνῳ αντιον, eorum fumum facile extinguit, & aquam semper habet oppositam eorum fumo: μεμφομενοις εσλος arcte cohæret: & καπνῳ pulchre respondet τῳ μεμφομενοις: μεμψις enim & μεμφεσθαι, καπνος est plerumque: εσλος fuit semper in Libris antiquis: Tibicen autem, ut millies, neglectus est ab imperitis Metri.

48. Κοιναι γαρ ερχονθ' ελπιδες Πολυπο-

νων ανδρων] κοιναι ελπιδες, ſpes communes, quas vulgo fovent omnes: Illæ non placent mihi, ſed privæ, quæ ſcilicet ad immortalitatem ducunt, & in virtutum nos collocant vertice: Eo pertinent, quæ de Hercule ſcribit prolixius: Interpretes plurima dicunt, eo, quod verum eſt, pene omiſſo: χορυφαις αρετων mox peſſime vertitur *primitiis virtutum*, cum ſit ipſum virtutum ſupremum: idque ab Ηρακλεος αντεχομαι non eſt divellendum: Quare Editiones primæ poſt Μεγαλαις recte diſtinguunt. 53. Ως επει σπλαγχνων υπο ματερος αυ-] Junge V. 73. Od. 6. Olymp. & quæ ibi noto. 55. Παις Διος ωδινα φευγων δ.δυμω] Colon Trochaicum male habet: Scribe addito fulcro, Παις Διος γ' ωδινα φευγων δ.δυμω. 57. Ως τ' ου λαθων χρυσοθρονον Ηραν, χροκωτον σπαργανον εγκαλεβα] Illud Ως τε poſt Ως επει convenire non poteſt, & cohærentiam loci plane corrumpit: Dicam paucis: Poſt Ως επει μολεν, aut legendum eſt, Ως γ' ο λαθων χρυσοθρονον Ηραν, χροκωτον σπαργανον εγκατεβα: aut Ωπ' ου λαθων χρυσοθρονο Ηρας, χροκωτον σπαργανον εγκατεβα: In priori ὡς ſumitur pro οὕτως: Ως επει ες αιγλαν Παις Διος συν χασιγνητω μολεν, ουτως ο λαθων Ηραν &c: *Sic non latens Junonem &c:* In poſteriori ωπα ο λαθων χρυσοθρονου Ηρας apertum eſt nec Interprete eget: Utroque modo verba optime cohærent, nec multum mutatur: Elige: Poſterius haud dubie elegantius. 59. Αλλα Θεων βασιλεια] Colon Hypermetrum: Scri-

Scribe, Αλλα Θεων βασιλη: Hesychius appo-site ad hunc locum, Βασιλη, ἡ βασιλεια, Σοφοκλης Ιφιγενειᾳ: βασιλευς, βασιλεια, βασιλεα, βασιλη: βασιλεα γυνη: ut κυνειος, κυνεια, κυνεα, κυνη: λεοντειος, λεοντεια, λεοντεα, λεοντη: & alia id genus vulgo notissima: Αλλα ad ὁ λαθων se refert, & sic aptum est proprie. 69. Αγχομενοις δε, χρονος Ψυχας απεπνευσεν μελεων αφατων] Hoc plane Pindaricum est: χρονος απεπνευσεν αγχομενοις, & απεπνευσεν μελεων αφατων ψυχας: Nemo dubitet, qui paulo oculatior est in his: Sibi igitur habeat Benedictus illud, Αγχομενοι δε, χρονῳ Ψυχας απεπνευσαν μελεων αφατων: quod triviale est.

71. ατλαΐον βελος] Longe rectius & significantius hic ατλαΐον δεος: quod in omnibus Libris præter unum Ms. Angl. γ: Attende modo ad sequentia, quæ δεος correptis, non βελει percussis conveniunt. 75. απο στρωμνας ὁμῶς, Αμυνεν ὑβριν κνωδαλων] Probo ὁμῶς, sed distinctionem non probo, & scribo, απο στρωμνας, ὁμῶς Αμυνεν ὑβριν κνωδαλων.

78. εδραμον αθροοι] Ita Editores: Alii omnes αθροοι εδραμον; Cur id mutatum? Non assequor. 80. Κολεου γυμνον Φασγανον τινασσων] Ita Ms. γ: quem Editores sunt secuti: Alii, Κολεου γυμνον εκτινασσων ξιφος: Utraque lectio peccat in Legem Pediam: Dicam, quod res est: Libri discreparunt hic; & in quibusdam fuit, Κολεου γυμνον τινασσων Φασγανον, in quibusdam vero, Κολεου γυμνον τινασσων εκ ξιφος: τινασσων εκ pro εκτινασσων,

quod ad κολεου ſe refert; neque pravum eſt, ſed minus Emphaticum & minus rotundum, quam τινασσων φασγανον γυμνον κολεου: Id quisque videt, qui animum advertit: Quare hoc alteri haud dubie præferendum. 83. Παυ' ὁμως· ευθυς δ' απημων καρδια] Syllabarum menſor κραδια: Non improbo, quia ita erratum ſæpe: Alias Dactylus pro Tribrache non peccat hic in fine Trochaici.
96. Οσσους δ' εν ποντῳ ϑηρας αϊδροδικας] Jambelegus ſine dubio requirit Οσσους δε ποντῳ.
97. Και τινα συν πλαγιῳ Ανδρων χορῳ στειχοντα, τον &c.] Locus jejunus & impeditus: Nam quid τινα, *aliquem?* Itane Pindarus? Haud credo: Certo certius Amanuenſes hic fecerunt, quod ſolent: Nam νιν pro αυτῳ etiam non dicitur, & quod de αϋλιπλοσσω ſcribunt Interpretes, gerræ ſunt Siculæ: Legendum ſuſpicor, Οσσους μεν εν χερσῳ κταναν, Οσσους δε ποντῳ ϑηρας αϊδροδικας, Χ' ὁντινα συν πλαγιῳ Ανδρων χορῳ στειχοντα· τῳ εχθροτατον Φασε νιν δωσειν μορον. Χ' ὁντινα, & *quem*, indefinite: Id recte ſequitur poſt Οσσους, & ejusdem indolis eſt: Singulus enim ſumtus pro plurali: τῳ, illis daret Heros μορον εχϑροτατον, quia homines hominibus erant pernicioſi: Feræ mortem merebantur, ſed nudam & ſimplicem, ut feræ & αϊδροδικαι: Illi mortem diriſſimam, ut homines æquitatisque non ignari, quibus irata erat ipſa humanitas læſa: Sentis? Sic elegans eſt acumen

men in εχθροταλον, & Emphasis Pindarica hic etiam sese exserit: Busirin & Antæum recte intelligunt antiqui Interpretes, illisque πλαγιος ανδρων κορος perbene convenit.

103. φαιδιμαν Γαια πεφυρσεσθαι κομαν] De coma Gigantum recte accipiunt, subaudito αυτων: Sed an hic sine Ellipsi non legeretur rectius, φαιδιμων Γαια πεφυρσεσθαι κομαν? Sic ambiguum abest, quod Græcum Interpretem fefellit. 105. Ενεπεν, αυτον μαν εν ειρη-] Aldus etiam Ενεπεν: Εννεπεν tamen Trochaicum non vitiaret. 106. νᾳ τον ἁπαντα χρονον σχειν αει] Ita Editores ex uno Ms. Angl. Alii omnes constanter νᾳ τον ἁπαντα χρονον σχερῳ: Utrumque Metro vim infert, & manu indiget medica: Dicam paucis, quod suspicor: Discrepantia hic etiam fuit in Libris, & quidam habuerunt, Ενεπεν, αυλον μαν εν ειρη- νᾳ τον ἁπαντα χρονον σχεν αει Ησυχιαν, καματων Μεγαλων ποιναν λαχοντ' εξαιρετον· Ολβιοις εν δωμασι δεξαμενον Θαλεραν Ηβαν ακοιτιν, Και γαμον δαισαντα παρ Δii Κρονιδᾳ, Σεμνον αινησειν δομον: quidam, Ενεπεν, αυτον μαν εν ειρη- νᾳ τον ἁπαντα χρονον εχυρῳ Ησυχιαν, καματων Μεγαλων ποιναν λαχοντ' εξαιρετον, Ολβιοις εν δωμασι δεξαμενον Θαλεραν Ηβαν ακοιτιν, Και γαμον δαισαντα παρ Δii Κρονιδᾳ, Σεμνον αινησειν δομον: In priori omnia pendent a σχειν, & post εξαιρετον paulo plenius distinguendum, quia sequentia sunt pro επεξηγησει: In posteriori omnia

omnia pendent ab αινησειν, & ſingula arctius cohærent, neque diſtinctione paulo majore ſeparari poſſunt: Utraque Syntaxis eſt bona, & utraque ſcriptura ſatisfacit Metro: Cæſura enim ſyllabam brevem adjuvat: σχεν pro σχειν, Dorice: εχυρω idem, quod ασφαλει: Omnia ſunt aperta & plana. III. Και γαμον δαισαντα παρ Διϊ Κρονιδα] Dactylus eſt in quarto loco Trochaici pro Spondeo: Nihil aptius: De Synizeſi non cogitandum. 112. Σεμνον αινησειν δομον] Illud Σεμνον δομον flacceſſit poſt Ολβιοις εν δωμασι: An vitium ſubeſt? Ms. Angl. γ. habet γαμον pro δομον: quod deterius adhuc propter alterum γαμον magis vicinum: Quid ſi legamus Σεμνον αινησειν νομον? ut intelligamus fatorum leges, & æterna illa decreta, ad quorum normam omnia fiunt, ipſeque Hercules poſt labores arduos immortalitatem fuerat nactus: σεμνον νομον κατ' εξοχην: Hoc Pindaricum hercule, & a ſcribis non intellectum ideoque corruptum.

ODE II.

Col. 2. Ραπτων επιων τα πολλ' αοιδοι αρχοι-] Ita peſſime Schmidius: Nam, ut alia mittam, Verſus Jonici ex Jonico, Ditrochæo, & Moloſſo non dantur: Perbene omnes ante eum, Ραπτων επιων τα πολλ' αοιδοι: Sic Jonicum Trimetrum Brachycatalectum habemus bonum & qualem annotat etiam Metricus antiquus:

Cur

Cur mutaverit ordinem receptum, mox videbimus. 3. Ται Διος εκ προοιμι-] Colon hoc Choriambicum Dimetrum Catalecticum eſt bonum, ſed quod probare non poſſumus propter alterum præcedens: Scribe igitur, ut omnes alii ſcribunt, qui Schmidium præceſſerunt, Αρχονται Διος εκ προοιμι-: Et de hoc recte Metricus antiquus, Το γ, λογαοιδικον, αλκαϊκον: Nam ita legendum pro αλκμαϊκον: Sciunt omnes: Alcaica vulgo Dactylos habent ante Trochæos: Hic Spondeus eſt pro Dactylo, & eatenus Pindaricum hoc ab Alcaico discrepat, & pro Decaſyllabo eſt Enneaſyllabum. 5. Καταβολαν ἱεραν αγωνων] De ἱεραν pro ἱερων dubito cum aliis: Καταβολαν ἱεραν junxerunt forte quidam. 6. Νικαφοριας δεδεκται προ-] Sic etiam Schmidius: Quo jure, ex ſequentibus apparebit: Alii omnes recte cum Metrico antiquo, Νικαφοριας δεδεκται: Ita reſtitue. 7. τον, Νεμεαιι] Cum aliis ſcribendum, miſſo Schmidio, Πρωτον, Νεμεαιι: Et de hoc Colo Metricus antiquus, Το ζ, ιωνικον πενθημιμερες: Perperam & inepte: Nam Cola gemella ſunt Jonica Dimetra Brachycatalecta: Credo illud πενθημιμερες eſſe ab imperito, & ipſum Metricum indicaſſe veram Jonici menſuram. 10. Ειπερ καθ' ὁδον νιν ευθυπομπης αιων Ταις &c.] Scribendum, Ειπερ καθ' ὁδον νιν ευθυπομπος Αιων ταις μεγαλαις δεδωκεν: Schmidius ultimam in ευθυπομπος produxit, Editores pro eo dederunt

runt ευθυπομπης: Egregie ambo. 14. Καλλισ[τον αυτον· εν &c.] Scribe Καλλιστον αυτον· εν Πυ- θιοισι τε νικαν: Et hic Pæon ſecundus eſt pro Jonico, ut in ſequentibus etiam: Recte, præſertim ubi in prima Ogdoade præceſſit ipſe Jonicus: Hoc tamen, & nihil aliud, hic adegit bonum Schmidium ad mutandum Verſuum ordinem receptum: Quid ais? 17. Ορειαν γε Πελειαδων] Non illepide Crates Θερειαν γε Πελειαδων. 21. Δυματος. Εν Τροϊα μαν Εκτωρ] Ita Schmidius pro εν Τροια, quod ante eum habent omnes; ut ſic ſcilicet Dactylum opponeret Dactylo, cui par eſt Spondeus: Nihil ridiculum magis, præſertim ſi ad ipſam διαλυσιν attendas: μαν hic perperam operæ pro μεν: Colon eſt Trochaicum. 22. Αιαντος ακουσεν] Recte Schmidius adducit locum Homeri, ut ακουσεν explicet cum Emphaſi: Præcedens θρεψαι oſtendit, Timodemum in Salamine fuiſſe educatum, & qui locum ita interpretantur, verum perhibent. 26. Ευανορες. Οσσα δ' αμφ' αεθλοις Τιμο- δημιδαι εξοχωτα-] Legendum, Ευανορες. Οσσα δ' αμφ' αεθλοις Τιμοδημιδαι εξοχωτα-: Et hoc Colon poſterius Schmidium mutare fecit ταξιν vulgatam in hisce primis: Si ſcilicet Τιμοδημιδαι εξοχωτα- jungas, gemella aperte discrepant in principio, & Alcaicum non poteſt habere locum propter ipſum Trochæum ante Dactylum: quod tamen bonus ſyllabarum men-

menſor non vidit, ipſa Metra non curans aut intelligens: Quid faciendum, ut tollamus incongruum illud? Dicam: Legendum, aut Εὐάνορες. Ὅσσα δ' ἀμφ' ἀεθλοις Τιμαδαμίδαι ἐξοχωτα-, aut Εὐανορες. Ὅσσα δ' ἀμφ' ἀεθλοι- σιν Τιοδαμίδαι ἐξοχωτα-: Τιοδαμος & Τιμαδαμος idem, quod Τιμοδαμος: A τιμαω enim eſt nomen, & ipſum Τιοδαμος & Τιμαδαμος naturalius, quam Τιμοδαμος: Illorum unum cum parva mutatione ſumſit Pindarus, ut Metro morem gereret: Talia etiam alibi, nihilque facilius. Incidit tamen aliud, quod melius adhuc, quia abſque ulla mutatione omnem difficultatem plane tollit: Colon non eſt Logaoidicum Alcaicum, ſed Antiſpaſticum Dimetrum Hypercatalectum, cujus Antiſpaſti variant licite, & in duobus primis a Spondeo incipiunt, in tribus vero ſequentibus incipiunt a Trochæo: Sic omnia ſunt expedita & plana: Id igitur ſume, omiſſo altero. 29. Τα μεν ὑψιμεδοντι Παρα-] Ita Editores peſſime ex Ms. Angl: Nam ſic Colon Trochaïcum crurifragium patitur: Alii omnes recte, Παρα μεν ὑψιμεδοντι Παρα-: Res eſt aperta: Τα μεν eſt ab imperito, qui ita ſcripſit, ut ſic Scholaſtice ſequeretur τα δε: Niſi Libri forte extiterint, qui legebant olim, Τα μεν εν ὑψιμεδοντι Παρα-: Nam & Colon hoc pacto eſſet bonum, & appoſite revera Τα μεν & τα δε ita ſibi opponerentur, ut hæc prima victorias exteras, ſe-

ſequentia domeſticas commemorent: Attende: Hoc non deterius hercule altero, ſed fere melius paulo: Aldina etiam Τα μεν ὑψιμεδοντι. 32. Αλλα Κορινθιων ὑπο Φωτων] Penultimam in Κορινθιων produxiſſe Pindarum, cras credam, non hodie: Legendum Αλλα Κορινθειων, vel Αλλα Κορινθιαχων potius: Niſi interpretamentum irrepſerit pro Authentico. 36. Μασσον' αριθμῳ.] Malo cum aliis Μασσον' αριθμων, caſu patrio: Nam id Pindaricum magis. 40. Αδυμελει &c.] Quia in hac Oda ſunt quinque Ogdoades, per Stropham & Antiſtropham eam non dimenſus eſt Metricus: Si ſex fuiſſent, id ſine dubio feciſſet: Junge Od. 5. Olympior. Od. 6. & 12. Pythior. Od. 2. 4. & 9. Nemeor. Od. 8. Iſthmior. & quæ ad illa notat Metricus.

ODE III.

Col. 4, Ιερομηνια Νεμεαδι] Metricus, τροχαϊκον τριμετρον ακαταληκτον: Imo διμετρον: Et ita corrige. 6. 7. ναν. Υδατι γαρ μενοντ' επ' Ασωπιῳ Μελιγαρυων τεκτονες] Metricus, Το ς, ιαμβικον τριμετρον βραχυκαταλεκτον. Το ζ, ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Ineptit Magiſter: Nam ita non cuduntur Jambica cum Dactylis in fine: Turbata eſt ταξις, & ſcribendum.

ναν. Υδατι γαρ μενοντ' επ' Ασωπιῳ μελιγαρυων τεκτονες

Co-

Colon prius est Jambicum Dimetrum Hypercatalectum; posterius, Pæonicum Trimetrum Acatalectum, cum duobus Creticis: Hæc recepta & bona: ὑδάτι ἐπ' Ἀσωπίῳ sine dubio accipiendum de Asopo Æginæ, ubi præcedit Ἰκεο Δωριδα νασον Αιγιναν: Musæ vocem ibi exspectabant juvenes in festo, quod propter victoriam Nemeam celebrabatur: ἱερομηνια γενικως festum & dies festus.

9. Θεν οπα μαιομενοι] Metricus τροχαϊκον μονομετρον ὑπερκαταληκτον. Malo Pæonicum Dimetrum Catalecticum. 11. Ἀεθλονικια δε μαλιστ' ἀειδαν] Metricus, Σαπφικον ἑνδεκασυλλαβον: Maluit igitur sine dubio, ut ego etiam malo, Ἀθλονικια: Nam cui bono syllaba duodecima, Synizesi tollenda? Pro Ἀεθλονικια Editiones antiquæ, etiam Aldina, ex Libris antiquis Ἀεθλονικιας; Non male, si πραγος repetas απο κοινου: Ἀθλονικιας δε πραγος μαλιστα φιλει &c: Qui de persona cogitarunt, errarunt haud dubie: Pessime autem Scholiastes Ἀθλονικιας aut Ἀθλονικια: Id quisque videt ex adjunctis, quæ sequuntur.

15. Μηλιος αμας απο] *Meo consilio:* me id rogante, vocis αφθονιαν præbe juvenibus, ad Asopum Æginæ congregatis, ut Aristoclidem celebrent: Ego ipse cum illorum cantu cantum meum jungam: Ἐγω δ' ἐκεινων τε μιν ὁαροις &c, quod sequitur: Sic omnia apte cohærent, & locus non est discrepantibus Interpretum commentis. 19. Τε

μιν σαρεις λυρᾳ τε κοινωσομαι. Χαριεντα &c.] Scribe, Τε μιν σαρεις λυρᾳ τε κοινω- σομαι. χαριεντα δ' ἐξει πονον. 21. Χωρας αγαλμα] Urbs Ægina, non Ægina insula, ut pessime Paraphrastes: Ea ornamentum ac caput insulæ, in eaque natus Aristoclides: Res est aperta: Interpres Latinus cum Schmidio pessime etiam hic Aristoclidem intelligit: Cohærentia enim obstat: Vide modo sequentia. 23. Ωκησαν. Ων παλαιφαλον αγυρτιν] Colon Jambicum Dimetrum Hypercatalectum male habet, & syllabam redundantem gerit: Legendum puto, Ωκησαν. ὧν πολυφατον αγυρτιν: Duo Tribraches pro Jambo & Tribrache. 25. Τεαν εμιανε κατ' αισαν] Scribendum Εαν εμιανε κατ' αισαν: εαν pro τεαν non dicitur, & τεαν ineptum est, sive de Musa, sive de Ægina accipias: Nam quid Musa, ut ipsa victoria ei adscribi possit? Et quid etiam Ægina, ubi ad eam non diriguntur verba? Nugæ, nugæ: Εαν ad Aristoclidem refertur, & optimum est: In istis initialibus errores spissi, ut nemo nescit: Sed & scribi potest, Ουκ ελεγχεσσιν Αριστ- ολειδας Θ' εαν εμιανε κατ' αισαν: *etiam Aristoclides*, inclusis aliis, qui strenui quoque & boni: Hoc succurrit, & verissimum forte. 27. Παγκρατιω στολῳ. Κα- ματωδεων δε πλαγαν] In his ordinandis discrepant Libri: Videamus: Cola hic sunt duo: quorum prius est Choriambicum Dimetrum Ca-

ta-

talecticum; posterius, Jambicum Dimetrum Catalecticum: Pro his duobus Colis alii Colon habent unum, Παγκρατιω στολφ. Καματωδων δε πλαγαι: Et de eo Metricus, Το α, χοριαμβικον τετραμετρον ὑπερκαταληκτον: Nam pro τετραμετρον scribendum est τριμετρον: Syzygia prima est Choriambica, aliæ sunt Jambicæ. 29. 30. Ακος ὑγιηρον, εν Βαθυπεδιῳ Νεμεᾳ.] Duo Jambica Dimetra Brachycatalecta: Pro quibus alii Colon hoc unum, Ακος ὑγιηρον, εν βαθυπεδιῳ Νεμεᾳ: Et de eo Metricus, Το β, ιαμβικον πεντασυλλαβον, και ιωνος τω απο διαφορω αρχης. ειτα παλιν ιωνος τω απεμφαινοντος, δια την λυσιν και συλλαβην. δυναται και ὁλον ὡς ιαμβικον. παραχαραγμενον μεντοι, δια τον τελευταιον ποδα: Quæ depravata sunt aperte: Quid ιωνος? An ιων pro ιωνικος usurpavit Magister, & pedem ιωνικον vocavit ιωνα? Ita videtur; sed vix credo; quia aliter loqui solent Græci, & cum Græcis ipse Metricus: Imperitus igitur scriba ιωνος compendiarie exaratum, male intellexit; & inde τω pro ὁ, aliaque istius Commatis sunt enata: Debuisset scribere ιωνικος; & sic casus primi adfuissent pro secundis: Ipse scilicet Metricus dedit, Το β, ιαμβικον πενταςυλλαβον· και ιωνικος ὁ απο διαφορω αρχης· ειτα παλιν ιωνικος ὁ απεμφαινων δια την λυσιν, και συλλαβην. δυναται και ὁλον ὡς ιαμβικον· παραχαραγμενον μεντοι, δια τον τελευταιον ποδα: ιαμβικον πενταςυλλαβον est Ακος ὑγιη: Monometrum Jambicum

ex Tribrache & Jambo quinque ſyllabarum: Sequens Jonicus Pæon eſt, quem vulgo Magiſtri cum Jonico a majore confundunt, ideoque vocat ille ιωνικον απο διαφορᾶς αρχης: Alter Jonicus, ὁ απεμφαινων δια την λυσιν, eſt πεδιῳ Νεμε: Ita enim ſe habet propter διαλυσιν, ut incertum ſit, pro Jonico a minore, an Jonico a majore haberi debeat: Et hæc prima dimenſio, perplexa & inepta: Altera Jambica, quæ ſequitur, perſpicua & bona: Illud παραχεχαραγμενον δια τον τελευταιον ποδα pertinet ad Trimetrum Jambicum, quod vulgo Jambo clauditur, non Tribrache: Et haec obſervatiuncula Magiſtri ridicula eſt, ubi ut nihil aliud dicam, Jambica minora in hac Oda ipſe Dactylo claudit: Ita ſapiunt boni. 31. Το χαλλινικον φεγει] Metricus, διμετρον χοριαμβικον καταληκτικον: Poſt Syzygiam Jambicam poſuit Choriambum mutilum: Ut plus ſemel dixi, mutila iſta ſunt incerta & nihil definiunt: Cur non ſumſit Jambicum Dimetrum Brachycatalectum cum Dactylo, ut in Stropha? An ſibi non conſtabat, aut non ejusdem etiam ſunt hæc ipſa? Colon eſt Aſynartetum Catalecticum ex Monometro Jambico & Monometro Trochaico. 32. 33. Ει δε ων καλος, Ερδων τ' εοικοτα μορφᾳ] Colon prius eſt Antiſpaſticum Dochmaicum, aut Monometrum Trochaicum Hypercatalectum; poſterius, Jambicum Dimetrum Catalecticum:

Iſta

Istà cogunt alii in unum Colon, Ει δε ων καλος, ερδων τ' εοικοτα μορφᾳ: Et de eo Metricus, Το δ', δοκει αντισπαστικον ειναι: Recte: Et confirmatius debuisset loqui: Antispasticum enim Trimetrum Acatalectum est certum, cum Antispasto quinquesyllabo in fine, Spondeo in Dactylum resoluto. 34. Ανορεαις ὑπερταταις επεβα] Metricus, χοριαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Male: Scribendum est, ut ipse scripsit, χοριαμβικον τριμετρον βραχυκαταληκτον: επεβα est Tribrachys, & Syzygiæ Jambicæ dimidium. 36. Αβατων ἀλα, κιονων] Glyconium, aut Anapæsticum Monometrum Hypercatalectum in Disyllabum: Metricus, Το ζ, ιωνικον μονομετρον καταληκτικον δυο συλλαβων: quæ sensu carent & plane corrupta sunt: An ipse scripsit forsitan, αναπαιστικον μονομετρον ὑπερκαταληκτον δυο συλλαβων? Nihil propius succurrit aut verba promittunt. 37. Υπερ Ηρακλεος, πεζαν ευμαρες] Metricus, δακτυλικον τετραμετρον, παρα την εν αρχαις συλλαβην: Minus perite locutus est Magister: Pes primus est Pyrrichius; & sic de Metro Æolico monere debuisset, quod unum ex Dissyllabis admittit promiscue, ut notum: Creticum vero habuit pro Dactylo in loco tertio: Neque dimensio hæc rejicula est; sed melior certe Antispastica; ut Colon sit Antispasticum Trimetrum Catalecticum, cum Syzygia Jambica in medio, & Antispasto Ditrochæo accisо in fine.

41. μασι δε θηρας εν πελαγει] Recte alii εν πελαγεϊ: Nam nisi dirimas, Colon Trochaicum stare non potest. 43. σε τεναγιων ροας, ὀπα πομπιμον Καταβαινε &c.] Scribe, σε τεναγιων ροας, ὀπα πομ- πιμον καταβαινε νοσ̃ου τελος: τεναγιων pertinet ad αβατον ἀλα: ubi mare non est mare, sed τεναγος verum: eousque καταβαινει πομπιμον νοστου τελος: Si enim ulterius pergas, in cæno hærebis, neque redire poteris. 49. Επεται δε λογῳ δι- καιος αυτος, εσ̃λος αινειν] δικαιος αυτος pro δικη: Recte Benedictus, δικαιον εστι τους αγαθους επαινειν. 51. Ουδ' αλλοτριων ερωτες Ανδρι φερειν χρεσσονες] αλλοτριων de viris dicitur, qui nec ejusdem patriæ, nec ejusdem sunt familiæ: Illorum studia non recte adferuntur, cum vir bonus laudatur: ερωτες αλλοτριων ουκ εισι χρεσσονες φερειν ανδρι: χρεσσονες φερειν Græcismus est notus: ερωτες, studia, quibus animus se dat totum: Ita accipienda hæc.

56. οι δ' εν αρεταις γεγαθε Πηλευς αναξ, Υπεραλλον &c.] Lege, οι δ' εν αρεταις γεγαθε Πηλευς Αναξ, ὑπεραλλον αιχμαν ταμων: Pro οι δ' εν malim etiam σιν εν: Nam quid δ' revera hic? 59. Μονος ανευ στρατιας] Hoc novum, & dubito, an ita paratragoediatus fuerit Pindarus, qui in verbis erat tumidior, non in rebus ipsis: Vitium forte delitescit; & scribendum, Ος και Ιωλκον εἰλεν, Μονος αγεστρατιᾳ: Solus exercitum ducens, & ab Heroum nemine adjutus: αγεστρατος notum est:

est: inde αγιοτρατια: quod Pindaricum est, & una cum μονος Phrasin exhibet Pindaricam: Attende, & Scholia lege, ut μγεσ]ρατος melius intelligas: exercitu, cujus dux erat solus, nec Jasonem, nec Tyndaridas habens socios. 62. Ιολα παραστατας εων, επειτεν] Cur Jolaum sumserit Pindarus pro Hercule, ego non adsequor, inprimis ubi indecore sequitur de expeditione contra Amazonas Επειτε α: An vitium irrepsit ibi, & legendum, Και ποτε χαλκεοτοξων Αμαζονων μετ' αλκαν Επετ' ηρω· ουδε &c? Sic per ηρωα perbene intelligitur Hercules; & hic Ιολα παραστατας εων scriptum pro συν Ιολα παραστατας εων, Ellipsi notissima: Non displicet hercule: Si legas, ut nos suspicamur, Metrum variat: Id displicuit Nasutulis, & inde interpolatio; præsertim si ηρωϊ in Libris eorum exaratum fuerit pro ηρω: Vide & judica. 66. ουδε μιν Ποτε φοβας &c] Pessime Schmidius μιν pro dativo habet: επαυσε μιν αλκαν φρενων cum duobus accusativis, bene Græcum est: & talia plura in his Pindaricis. 75. Ξανθος δ' Αχιλευς, τα μεν με-] Recte Αχιλευς: Αχιλλευς Versum Jambicum enecat: τα pertinet ad μεγαλα εργα, & ista copulanda. 78. Μεγαλα εργα χερσι δαμνα, Βραχυσιδαρον &c.] Post δαμνα paulo plenius distinguendum: Sequentia enim ista εργα μεγαλα explicant novo spiritu: Sic Schmidii Ισον ασμενος, μαχα λειπτισι δ' α-,

etiam non requiritur: Apte enim Ισον τ' ανεμοις ad præcedens Βραχυσιδαρον se refert, & absque particula δε nectente verba procedunt: Μεγαλα εργα χερσι δαμινα· Βραχυσιδαρον αχοιλα παλλων, Ισον τ' ανεμοις, μαχᾳ λεοντεσσιν α-: Vident omnes, 80. Ισον τ' ανεμοις &c.] Mutato ordine scribendum, ut in præcedentibus, Ισον τ' ανεμοις, μαχᾳ λεοντεσ- σιν αγροτεροις επρασσεν Φονον: Ισον τ' ανεμοις licite variat, nec ea de causa aliquid cum Schmidio mutandum: Leonis & apri intelligendi sunt veri; sed tales tamen, quales Heros sexennis interimere poterat; non maximos & ferocissimos, sed medii generis, qui viro juveni conditionis communis incussissent metum: Bonum Schmidium & Rittershusium hic non injuria rident Editores: De Heroibus cogitandum, quales eos adumbrant, Homerus, Philostratus, alii: Hercules in cunis duos angues strangulaverat manuum nexibus. 85. Ολον δ' επειτ' αν Χρονον &c.] Hoc δε referendum ad superius μεν: τα μεν μενων: τα μεν εργα μεγαλα παις ων εξετης αδυρεν· επειτα δε ὁλον χρονον: Cohærentia loci est apta. 91. Λεγομενον δε τουτο προτερων Επος εχω] Perbene alii omnes τουτο προτερον: Quod sequitur, prius est tempore; ideoque fuisset præmittendum: Ita accipe: Præcedentia hac clausula non indigebant. 94. Και επειτ' εν Ασκληπιου] Illud εν probare non possum, & nugantur In-

Interpretes, qui jungunt vel cum τεγει, vel cum τραφε: Nihil evidentius: Ælius Dionyſius επειτεν pro επειτα dixiſſe Jones, teſtatur apud Euſtathium: quod ſi verum eſſet, nullo negotio ſcribi poſſet, και επειτεν Ασκληπιον; Sed dubito, ut ad Phrynichum ſubindicavi, qui ειτε & ειτεν barbarum cenſet: Quare ea conditione hactenus uti nolo: Dicam: Legendum, vel Τραφε λιθινῳ γ' Ιασον' ενδον τεγει, Και επειτα Ασκληπιον: vel Τραφε λιθινῳ τ' Ιασον' ενδον τεγει, Και επειτα γ' Ασκληπιον: Hiatus in Pindaro ſunt ſexcenti: Poſterius tamen præſtat fortaſſe: Pro λιθινῳ γ' Ιασον' Schmidii, omnes Editi λιθινῳ τ' Ιασον': quod ſequenti γ' locum facit: Et τε poſt λιθινῳ ſane aptum eſt, quia και adeſt ſtatim: Ιασονα τε και Ασκληπιον: Pueri vident: επειτ' αν Schmidii peccat, quia αν non congruit hic: Scribendum vero mutata ταξει, Τραφε, λιθινῳ τ' Ιασον' ενδον Τεγει, και επειτα γ' Ασκληπιον. 99. τατον ατιταλλε γε αρμε-] Ita Editores: Schmidius, γονατε οι φερ- ταλαν ατιταλλεν εν αρμε-: Alii omnes, τατον ατιταλλεν, αρμε-: Nihil mutandum: Colon eſt Jambicum Dimetrum Catalecticum, quod ſic licite variat: Metricus, Το ιβ, ιαμβικον διμετρον ὑπερκαταλληκτον: Corrupte, & ſcribendum, ιαμβικον διμετρον καταληκτικον: quod ad Stropham monere omiſi: Illud addam: Si Jambum in principio volebat Schmidius, ſcribere poterat ſtatim τατον γ', nec voces duas tentare

habebat neceſſe: Sic vides, quo ingenio fuit Criticus. 102. νεμων ριπαισι πεμφθεις] Si ad ριπαισι attendas, ταξις Aliorum melior eſt, quam ταξις hæc: In illa enim ριπαι Spondeus non peccat, quia ſtat in Jambici loco impari; in hac vero peccat, quia ſtat in loco pari: An primam in ριπαισι corripuit Pindarus? Videndum. 103. Υπο Τροϊαν, δορι-] Ita ineptus Schmidius cum ſua διαλυσει contra Libros omnes, qui Υπο Τροιαν, δορι-legunt: Τροιαν eſt Jambus, & Υπο eſt Jambus, par Tribrachi: Pueri vident, & ridere debent. 107. Εſχισφορους] Ita Ms. Angl. & Aldus: Alii Εſχεσιμορους: Res eodem redit: Si ταξιν hanc ſumas, in Jambico Dactylus eſt pro Spondeo: Si alteram, in Antiſpaſtico eſt Antiſpaſtus quinqueſyllabus pro Antiſpaſto quadriſyllabo, quem alter quinqueſyllabus excipit: In neutro, quod negotium faceſſat perito. 109. ξαιξ', ὁπως σφισι μη χειρανος ὁπισω] Antiſpaſtus Ditrochæus mutilatus eſt in fine; & ille hic a Tribrache incipit per reſolutionem: Nihil apertius: Bonus Schmidius nec rem, nec Metrici verba intelligens, duarum præcedentium Epodorum Cola mutavit, ut huic ſcilicet eſſent gemella: Colon Epodi poſtremæ par huic: Et ſic duo hoc, duo illud ſervant æquo jure. 117. μα κελαδεων. Βοα δε νικαφορῳ Συν &c.] Scribe, μα κελαδεων· Βοα δε νικαφορῳ συν Αριſτοκλειδᾳ πρεπει

γεν. 121. σεμνον αγλαϊαισι μεμιμνειν Πυθιον Θεαριον] Θεαριον pro Θεωριον: σεμνον eo ipso, quod Pythius ejus curam gerat: Ita intelli-ge. 125. Εν παισι νεοισι, παις] Hoc re-ferendum una cum ſequentibus, ad ὧν τις Εξοχωτερος γενηται: in quibus quis excellentior exiſtat, dum inter pueros eſt puer, inter viros eſt vir, inter ſenes eſt ſenex; & ſic o-mnibus ſe accommodans, eaque quæ omni-um ſunt, agens, præcellit omnibus: γενεως hæc dicuntur, ut unum τις oſtendit, & de ipſo Ariſtoclide hic non cogitandum ἀνδρως: Quare major diſtinctio poſt γενηται, commutanda eſt cum alia minore. 126. τριλον Εν παλαιτεροισι &c.] Verba ſunt im-pedita & male cohærent: Scribendum pu-to, Εν παισι νεοισι, παις· εν Δ' ανδρασιν, ανηρ· τριτον Γ' εν παλαιτεροισι Μετος· ἑκαστον οιον ἐχομεν Βροτεον ἀθλος: Sic cohærentia eſt a-pta. 130. σαρας αρετας μακρος αιων· Φρονειν Δ' ενεπει &c.] ταξις hic primo mutanda, & ſcribendum. σαρας αρετας μακρος αιων· Φρονειν δ' ενεπει το παρεωμενον: Dein Jambico proſpiciendum, ut habeat numeros: Vel cum Aldo igitur legendum σαρας αρετας ὁ μα-κρος αιων, vel cum aliis σαρας αρετας ὁ θνατος αιων: Utrumque bonum & perſpicuum: Φρο-νειν το παρεωμενον hic revera eſt quarta virtus, quæ ad tres alias, cuique ætati proprias, tanquam primaria accedit. 132. Των υκ κεχρι] Scilicet Αριστοκλειδης, ὁς ταχιστα ευκλεϊ προσ-

προσεθηκε λογῳ: Hic demum generalia illa applicantur Ariſtoclidi: των, τεσσαρων αρετων: quo nomine hic dicuntur τα καθηκοντα.

136. πομ' αοιδιμον, Αιο- λισιν εν πνοαισιν αυλων] αοιδιμον Αιολισιν εν πνοαισιν αυλων jungendum ejecto Commate: ερσα χιρναμενα eſt ipſum μελι: Fortaſſe tibiæ Æolicæ erant molliores & ſuaviores paulo, etiam Pindari ætate, quam Doricæ; eoque pertinent verba hæc: Cum Lyra aliter ſeſe res habebat, & ea tunc plane Dorica: De modis res eſt obſcura: Sublucet aliquid in illis, quæ hic illic apud Pindarum legimus, ſed nihil diſtincte ſcimus aut ſcire poſſumus: Alias in γαλακτι hic eſt ſimplicitas νομων Δωριων. 143. Κραγγαι δε κο- λοιοι, ταπεινα νεμονται] Si hunc locum vidiſſet Petrus Burmannus, ex cerebello ejus Critico non evolaſſent barbari illi & ignoti κολοιοι: Sed Pindarum non legebat, aut legere poterat ille Græcæ Linguæ Profeſſor; qui tamen de ſublimitate Pindarica Lugduni pro concione egit publice: De coloribus ſcilicet ita judicant cæci.

ODE IV.

ΕΙΔΟΣ Δ.] Ειδος hoc μονοστροφικον eſt: Nam omnes Periodi ſunt ſibi ſimiles: De Epodo igitur non cogitandum; & qui ejus menſuram ad Metrica adſcripſit, haud dubie Imperitus fuit recentior. Col. 2. Πονων κε-

χειριμενων] Metricus, διμετρον αντισπαστικον βραχυκαταληκτον: Recte: Antiſpaſtus non uno modo variat: Vide gemella 4. Μοισαν θυγατερες αοιδαι] Metricus, επιωνικον διμετρον ακαταληκτον: Jambi præcedunt, & Jonicus ſequitur: Hic θυγατε Tribrachys eſt pro Jambo, neque neceſſe, ut cum Schmidio θυγατερες ſcribas: Colon æque Jambicum Hepthemimeres, ac Epionicum Dimetrum Acatalectum eſſe poteſt: Id verbo addo.

6. Ουδε θερμον υδωρ τοσσον] Metricus, περιοδος διπλης τροχαιος η γλυκωνειον: Duo Trochæi præcedunt, & duo Jambi ſequuntur: Inde Periodicum illud vel Aſynartetum: quod etiam Antiſpaſticum Glyconium eſſe poteſt: Pro τοσσον rectiſſime alii τοσον. 8. 9. Γυια, τοσσον ευλογια Φορμιγγι συναορος] Metricus, Το η, επιχοριαμβικον διμετρον ακαταληκτον. Το θ, Ιωνικον εφθημιμερες: In Libris ſuis igitur invenit,

Γυια, τοσσον ευλογια
Φορμιγγι συναορος.

Sic enim Cola iſtius menſuræ habemus: Et ita alii etiam Editores ante Schmidium, qui ordinem mutavit ſuo arbitrio: Non video, quare: Nam ſi Pæon ſecundus pro Jonico ei diſplicuit in Jonico, ridiculus eſt certe, etiam propter ea, quæ ſic ipſe menſuravit: Et tamen hoc, & nihil aliud invenio: Mittamus hominem, & reducamus ordinem an-

antiquum: Epichoriambicum Dimetrum Acatalectum etiam Trochaicum Hepthemimeres esse potest; neque id deterius: Quid autem τασσον post τοσον? An ita loquuntur Græci? Apage sordes; legendum Γυια, ὁσσον ευλογια. 10. Ρημα δ' εργματων χρονιω-] Metricus τροχαϊκον επιτριτον, η επιχοριαμβικον διμετρον ακαταληκτον: Hic de Trochaico dicit, quod ego ad Col. 8. dixi modo. 11. τερον βιοτευει] Metricus, ιαμβικον πενθημιμερες επιτριτῳ διμετρῳ βραχεως της αρχουσης αδιαφορουσης: Depravate: Legendum, ιαμβικον πενθημιμερες, η ιωνικον διμετρον βραχυκαταληκτον, της αρχουσης αδιαφορου ουσης: βραχυκαταληκτον vix omittere potuit Magister, alias minori mutatione legi posset, διμετρον, βραχεως της αρχουσης αδιαφορου ουσης. 12. Ο, τι κε συν Χαριτων τυχᾳ.] Metricus, περιοδος ιαμβικη απο Βακχειου. η γλυκωνειον λελυμενον: Nihil ineptius: Scribe, περιοδος ιαμβικη απο διτροχαιου vel βʹ τροχαιου· η γλυκωνειον λελυμενον: quod paulo ante est περιοδος διπλεις τροχαιους, hic est περιοδος ιαμβικη απο διτροχαιου: Et ibi Antispastus quadrisyllabus, hic Antispastus quinquesyllabus in Glyconio. 15. Τε Διϊ, και Νεμεᾳ.] Antispastus hic etiam est quinquesyllabus, neque Διϊ Synizesin patitur. 16. Τιμασαρχου τε παλᾳ.] Colon difficile: Nam in loco secundo Jambici stat Spondeus, qui stare ibi non potest ex Legis Pediæ jussu: Dicam tribus verbis: Aut coactus id fecit Pindarus,

dartus; cum nomen proprium Verſui aptare non poterat; aut ſcribendum Θεανδριδε τε παλᾳ: Ex Theandridis Victor, ut dicitur infra: Recte igitur Θεανδριδε pro Τιμασαρχῳ: quod interpretamenti loco adſcriptum, vitium facile potuit ingerere: Sume quod placet: Alterutrum haud dubie verum: Ego poſterius mihi ſumo. 19. Ευπυργον εδος, δικᾳ] Ηϋπυργον aperte ſibi requirit Metrum. 29 Πεμψαντα, και λιπαραν] Male habet Πεμψαντα: Nam ad Υμνον non niſi inepte referri poteſt: Aliud autem reſtat nihil, quo ſeſe referat: Dicam uno verbo: Legendum eſt, Θαμα κε τῳδε μελει κλιθεις Υμνον κελαδησε καλλιπλοκον, Κλεωναιε τ' απ' αγωνος ὁρμον στεφανων Πεμψαντι, και λιπαραν Ευωνυμων &c: Sic nihil facilius aut apertius: ὑμνον κελαδησε πεμψαντι: ſcilicet Τιμασαρχῳ: De quo hic loquitur Poëta in tertia perſona, ut præcedentia probant, & ſequens illud, Καθμειοι νιν ουκ αειδοντες, aperte demonſtrat: νιν, *illum*: Inquies; Ος πατης εθαλπετο præcedit: Fateor; ſed Amanuenſium ignavia, non Pindari induſtria: Scribe, ut ipſe ſcripſerat, Ος πατερ εθαλπετο: *Ejus pater*: Sic ſingula ſibi conſtant in his: Interpres antiquus explicat, ac ſi Πεμψαντος inveniſſet ſcriptum: Nam ad αγωνος participium refert: Quo nihil ineptius, ſive Metrum, ſive ſententiam ſpectes. 31. Θηβαις τ' εν επταπυλοις] Durum eſt εν, & ſuſpectum: An forte

forte ſcriptum primo, Θηβας τε ἑπταπυλου? Singulum etiam alibi in his: Mutarunt forte, qui hiatum metuebant perperam.
36. Αιγινας εκατι. Φιλοι-] Epichoriambicum laborat: Nam Syzygia Trochaica male incipit a Spondeo: Hoc quisque videt: An Pindarus mediam in Αιγινας corripuit: Dubito: neque juvat, ſi feciſſet: Nam Verſus 75. & 127. eodem modo cuſi ſunt: Quid igitur? De alio Epichoriambico hic cogitandum, quod Antiſpaſtum habet in principio, & ab Antiſpaſto in Choriambum tranſit, ideoque Epichoriambicum dicitur ab ipſo Antiſpaſti Trochæo; ſimulque Antiſpaſticum dici poteſt ab ipſo Antiſpaſto: Talia etiam alibi; longiorisque meminit Hephæſtion pag. 46. Enchiridii: quod ſupra etiam habuimus alicubi: Sic omnis difficultas ceſſat ſtatim, & Antiſpaſtus licite variat, nunc a Trochæo, nunc a Spondeo incipiens. 40. Ζυν ᾧ πόλε Τρωϊαν] Ita omnes Libri: Bonus Schmidius iterum adeſt cum ſuo Τροϊαν: Τρωϊαν, ſcilicet γην, χωραν: Et ποτε Τρω vel Anapæſtus vel Tribrachys eſſe poteſt: Ipſum Τρωιαν, & Ζυν ᾧ πόλε Τροιαν, etiam bonum eſſet: Vident periti. 49. Δις τοσσους. Απειρομαχας] Aldus τοσους pro τοσσους: Res eodem redit, ubi de Antiſpaſto monuimus in hoc Colo Epichoriambico. 55. Ωραι τ' επιγομεναι] ὡραι, χρονος: Interpretis *Horæ* diſplicet: Nam ita vix loquuntur Vetuſtiores.

57.

57. Νεμηια θηγεμεν] Soloecum hoc, & ſcribendum ſine dubio Νεμηιας vel Νεμηιαν: Nam caſus quartus etiam cum θηγειν jungitur, ſed rarius: Schmidius cum ſuis exemplis ineptit: Oculati vident: Νουμηιας, quæ ſcilicet Como & feſtivitati erat præſtituta.

58. Εμπα και περ εχει βαθεια- α πολιας &c.] Veruntamen ab inſidiis, etiamſi inter eas & te videatur totum maris profundum interjectum, id eſt, etiamſi longiſſime abſint & revera appareant nullæ, ſedulo tibi cave: Schema Pindaricum eſt και περ εχει βαθεια πορτιας αλμα μεσσον: Interpretes non dicunt, quod debent: Εμπα ſecunda correpta nota.

61. σφοδρα δοξομεν Δαιων υπερτεροι &c] Si id facias, tibique caveas prout decet, in luce ambulabimus, & adverſariis omnibus longe erimus ſuperiores: Ad digne cantandum ſe animumque ſuum incitat Vates: Sunt hæc omnia Ethica & generalia; nimisque naſuti ſunt Grammatici, qui in his ſimilibusque continuo de Simonide & Bacchylide cogitant: ſed recondita ſcilicet amant illi, ut eruditiores videantur ubique.

73. Λυδια συν αρμονια] Ad Æolicam pertinet in Pindaro. 75. Οινωνα τε, και Κυπρω· Ενθα Τευκρος απαρχει] Ita peſſime omnes: Nam Cola trucidantur duo eodem ictu: Tu ſcribe, ut ſcripſerat Auctor, Οινωνα τε, και Κυπρω· ενθα Τευκρος απαρχει: Sic utrique bene eſt: Οινωνα τε optimum in

Antiſpaſtico: Schmidius perperam & imperite Οινοπᾳ: Ita inſula dicitur nullibi: απαρχει, idem, quod αρχει: απο in compoſitis, ſæpe vel intendit, vel ſimplicis indolem ſequitur: Alias επαρχει legerem, quod tritum uſu. 79. Εν δ' Ευξενῳ πελαγει] Spondeus pro Jambo in principio Jambici: Vide etiam alia: δ' abeſſe non poteſt, & Schmidii ineptias rideo, quas commemorare piget.

80. Φαεναν Αχιλλευς] Antiſpaſticum hic revera mavult Αχιλευς. 86. Δωδωναθεν αρχομενοι, προς] Hic etiam temeratur Epichoriambicum Trochaicum Epitrito quarto: idemque vitium infra in Colo 112: Quare de hoc Colo octavo Strophæ dico, quod de Colo decimo Epodi dixi; non eſt Epichoriambicum Trochaicum, ſed Epichoriambicum Antiſpaſticum: Sic nihil etiam remanet, quod morari poteſt: Et Καδμειοι τε V. 34. una cum Ηρωας τ' ε V. 47. etiam pro Antiſpaſtis, non pro Ditrochæis ſunt habenda: Aldi Δωδοναθεν ab operis eſt, credo.

88. λα- τρειαν Ιαωλκον Πολεμιᾳ χειρι &c.] Perinde eſt, λατρειαν, an λατριαν legas: Nam & Spondeus in Jambico non peccat, & Diphthongus ante vocalem recte corripitur: Ipſum λατρειαν vel adjectivum, vel ſubſtantivum eſſe poteſt: λαΐρευς, λαΐρεια, ut ἱερευς, ἱερεια, &c: Ιαωλκον πολεμιᾳ χειρι προστραπων, pro τραπων πολεμιᾳ χειρι προς Ιαωλκον: *hoſtili manu ad Jolcum converſus:* Jolcum

cum adortus: χερι pro χειρι Metrum requirit sibi aperte: Et sic recte Plantin. & Commelin. 93. δολιαις Τεχναισι χρησαμενος] Optimum χρησαμενος: *usus* ut jure id facere posset, *technis dolosis Acasti uxoris*, vel *passus technas dolosas ab Acasti uxore*: Utrumque aptum, posterius autem elegantius Græce: χρησθαι τυχῃ, χρησθαι πφετῳ, & alia id genus multa, ignorat nemo in Græcis paulo versatior: Bonus Schmidius δολιαις Τεχναισι χρησαμενης: Quo jure, vides. 95. Τα Δαιδαλω δε μαχαιρα] Ita legendum; & recte exponitur in Paraphrasi Latina & Scholiis: εκ λοχου illustrationis gratia accedit: Schmidii δαιδαλα non est unius assis: Sic enim sententia est nulla: Fallor, aut Δαιδαλω μαχαιρα fuit olim inter Paroemiaca: Ad loci indolem attende. 101. Πυρ δε παγκρατες, θρασεο-] Sic Metrum sibi constat; quod alii temerant legentes Πυρ δε παγκρατες, θρασυ-; sed Linguæ genio fit contumelia: Nam θρασεομαχαν ista forma non dicitur: An scriptum primo, Πυρ δε παγκρατες, θρασυνομαχαν τε λεοντων? θρασυνος idem, quod θρασυς; θρασυνος ex Homero notissimum est ipsis pueris: Non displicet: Alias legendum, Πυρ δε παγκρατες γε, θρασυ-: Schmidii παγκρατες τε non convenit propter τε mox geminatum. 104. Τε δεινοτατων σχασαις οδοντων] Pæon secundus pro Ionico, ut sæpe. 107. Ειδεν δ' ευκυκλον εδραν] Colon Jambi-

bicum ægrotat: Scribe, Ειδεν δ' εὔκυκλον ἐ-ϑραν: εὔκυ Tribrachys eſt pro Jambo.
111. ἐξεφα- ναν ες γενος αυτῳ] Ita Editores poſt Aldum & Calliergum, qui ex Libris ſuis dederunt, ες γενας αυτῳ: Unam literam muta, & ſcribe ἐξεφα- ναν ες γερας αυτῳ, habebis lectionem elegantiſſimam, quæ ab ipſo Pindaro haud dubie eſt: Oculati vident ſtatim. 112. Γαδειρων το προς ζοφον] Γαδειρων primam corripere ſolet: Et ſic magis adhuc vitiat Γαδειρων το Epichoriambicum Trochaicum, cum contra convenientiſſimum ſit Antiſpaſtico. 114. Αυτις Ευρω-παν ποτι χερ-] Illud Ευρωπαν ſtare non poteſt in Epichoriambico Antiſpaſtico: Legendum eſt, Αυτις ευροπαν ποτι χερ- σον εντεα νεος: ευρωπος idem, quod ευρυοπος: ευρυοπον, quod lata facie eſt, magnum: & χερσος ευρυοπη, terra, quæ late extenditur, & late patet: Elegans Epithetum Europæ, ad quam remeare volebat Vates cymba ſua: De nomine proprio hic non cogitandum: Ipſa tamen Ευρωπη, ἡ ευρυοπη, ut Eruditi ſciunt: Multæ ſunt voces, quæ mutilantur ſyllaba: Inter eas hæc ευρωπη pro ευρυοπη: Et olim non modo ευρυς, ſed etiam ευρος in uſu, ut ex ευραι & ευρος apparet: Sic autem mutilatio vel exigua vel nulla: ευρωοπος, ευρωπος, ευροπος: Aperta res eſt; & facillime hic labi potuerunt ſcribæ.
121. Ολυμπια τε, και Ισθμοι, Νε-μεα τε συνθεμενος] Optime συνθεμενος: Nam ordo

do verborum eſt: καρυξ ετοιμος αεξιγυιων αεθλων Ολυμπια τε, και Ισθμοι, Νεμεα τε, εβαν, συνθεμενος, ſcilicet αυτος: Nihil apertius aut planius: εν omiſſum eſt, ut ſæpe: Apage, apage illud συνθεμενοις: quod invito Pindaro hic ſubſtituunt quidam. 125. Πατραν νιν αχυομεν, &c.] Πατραν νιν cave, jungas: Ita enim non loquuntur Græci: Diſtinguendum, Πα- τραν, νιν αχυομεν, &c; πατραν quod attinet, eam audimus &c: Sic Græcismus eſt elegans. 127. Τιμασαρχε, τεαν ρπινι-] Male olet σαν in Pindaro, & τεαν Synizeſin patitur, ut Verſui bene ſit. 129. Προπολον εμμεναι] *Vacare, addictam eſſe*, ut ſacerdotes vacant & addicti ſunt ſacris: Emphatica eſt locutio; & προπολοι dicuntur ſacerdotes, prophetæ, æditui: Vide Heſychium, alios. 130. Ματρωϊ μ' ετι Καλλικλει κελευεις] Colon Jonicum deſiderat Ματρωι vel Ματρῳ potius. 138. Κεινος αμφ' Αχεροντι Ναιεταων &c.] Hæc pendent a ſuperioribus, Ει δε τοι Μαλρῳ μ' ετι &c, & ſententiam abſolvunt ſuſpenſam: ει δε τοι κελευεις με Καλλικλει σταλαν θεμεν, Παριου λιθου λευκοτεραν, κεινος αμφ' Αχεροντι ναιεταων &c: Ο χρυσος cum aliis adjunctis interponitur propter ipſum illud σταλαν Παριου λιθου λευκοτεραν, ut ſic Hymni præſtantiam magis adhuc amplificet: Periti vident, & ridere debent Interpretes, qui ſubaudiunt, quæ ſubaudiri non poſſunt. 142. Ιν' εν αγωνι βαρυκλυτω]

Ubi in certamine: γλωσσαν κελαδητιν, ἁλε σταλαι, εὑρετω, ἱνα εν αγωνι &c: Voculan ἱνα non intellexerunt Interpretes: Stelæ ponebantur, ubi res geſtæ erant egregie. 143. Θαλησε Κορινθιοις σελινοις] Θαλησε ne tangas: Pæon ſecundus iterum eſt pro Jonico a majore. 146. Ο σος αεισεται, παι] Colon aperte mendoſum: Scribendum eſt, vel Ο σος γ' αεισε παλαι, vel Ο σος γ' αεισατο, παι: *quem* εθελων *& lubens cecinit:* Sic ſententia etiam apta eſt: Rectèque ſequitur Αλλοισι δ' ἀλικες αλλοι: σος revera non eſt Doricum: An Idioma neglectum Jambico etiam nocuit, & ipſe Pindarus ſcripſit Ο τεος, Tribrache poſito pro Jambo? Sic ſine fulcro ſtaret Colon. 148. Τα δ' αυτος αν τις τυχῃ] Hoc Colon etiam podagroſum eſt: Scribe, Τα δ' αυτος αν τυχε τις: τυχε pro ετυχε: Τα & a τυχε & a Φασθαι pendet: τυγχανειν cum caſu quarto ſatis notum eſt: Bonum Schmidium non moror. 151. Οἱον αινεων κε Μελησι- αν, ερια στρεφοι] Inepta eſt ſententia, ubi ſequentia jungis, quæ ipſum Meleſiam laudatorem haud dubie deſiderant: eoque tendunt etiam præcedentia: Scribendum igitur, Οἱον αινεων κε Μελησι- ας, εριδα στρεφοι· Ρηματα &c: Quemadmodum Meleſias laudans, contentionem certe averterit, & reprehenſoribus os occluſerit, dum in eo, quod dicit, eſt inſuperabilis, &c: Meleſias ille αλειπλης certantium, & ſic poſt ipſos certantes,

tes, enarrando & laudando maxime idoneus: Apertum est acumen, & Emphasis sententiæ certa. 155. Μαλθακα μεν φρονεων εσλοις] Non peccat Μαλθακα in Monometro Trochaico, sed quia Μαλακα erat ad manum, per me licet, ita legatur.

ODE V.

Col. 2. 3. μ', ὡς τ' ελινυσσοντα μ' εργαζεσθαι αγαλματ' επ' αυτας βαθμιδος] Metricus, Το β, διμετρον τροχαϊκον ακαταληκτον. Το γ, εγχωμιολογικον παρα την τελευταιαν συλλαβην: Invenit igitur in Libris suis,

μ', ὡς τ' ελινυσσοντα μ' εργα-
ζεσθαι αγαλματ' επ' αυτας βαθμιδος

Recte: Nam & Trochaicum sic melius se habet, & Colon alterum, quod nunc paulo impeditius est, & vel Antispasticum Dimetrum Catalecticum, vel Asynartetum ex Monometro Anapæstico & Monometro Jambico esse deberet, sese aperit statim: In Plantiniana & Commeliniana est ordo Metrici, si hanc Stropham primam excipias: Schmidius Metricum non intelligebat, & in ipso Metro cæcutiens, quod deterius est, sumsit: Pro ελινυσσοντα apud Schmidium est ελινυσοντα: Non improbo; sed malo, ut mensura sit certior, ελινυσσοντα.
5. Ολκαδος, εν τ' ακατῳ] Colon mutilum, ut apparet ex sequentibus Strophis & Antistrophis: Metricus etiam diserte, εγκωμιολογικον:

Nam quod ad marginem Ed. Brubacch. legitur, πενθημιμερες δακτυλικον, a Recentiore ſcriptum eſt: Schmidius ſupplet, γλυκει' ἀοιδα: Parum ſcite, ſi ad επι πασας Ολκαδος, εν τ' ακατῳ attendas: Ita maluerim ego γλυκεια Φαμα, vel γλυκεια Μοισα: Sed nihil tentandum in plane amiſſis, quæ ope ingenii reſtitui non poſſunt. 6. Στοιχ' απ' Αιγιναs] Recte Schmidius cum Commelino Σλειχ' ἀπ' Αιγινας: Στοιχω non dicunt Græci. 7. λοισ' ὁτι Λαμπωνος υιος] Metricus, το ζ, το αυτο: ſcilicet præcedenti: ἡ δε τι, εμηχυνθη, ὡς καταληξασα: Cras credam, non hodie: Scribendum ſine dubio, vel λοισ', οτι γε Λαμπωνος υιος, vel λοισα, ὁτι Λαμπωνος υιος: Anapæſtus pro Spondeo eſt, idque diſplicuit ineptulis, qui ſecretiora didicerant. 9. Νικη Νεμειοις παʃρατιῳ στεφανον] Ita Schmidius pro Νεμειοις & Νεμιοις, quod in Libris invenerunt Editores: Non abjicio, ſed minus probo, quia Antiqui Νεμειος a Νεμεα Elidis minus probarunt ipſi: Vide Stephanum Byzantinum in Νεμεα, & ibi Interpretes: Ipſe Pindarus igitur fortaſſe ſcripſit, Νικη Νεμεσισι, Anapæſtum in Jambelego opponens Jambo.

10. Ουπω γενυς φαινεν τερειναν Ματερ' ανανθας Οπωραν] Pro φαινεν rectius legeretur Φαεν: Φαενν pro εφαενν & εφηνεν, Dorice: Reliqua impedita ſunt, & vix dubito, quin ipſe Pindarus ſcripſerit, τερειναν Ματερ' ανανθαν επωρας: ανανθαν, quæ οπωραν gignit, & ex qua

na-

naſcitur οπωρα: Nihil planius. 12. Εκ δε Κρονου και Ζηνος ἡ-] Ineptiſſimus Schmidius, Εκ δε Κρονου Διος τε ἡ-: Junge alia gemella. 13. ϱωας αιχματας φυλευθεντας, Και απο &c.] Scribe mutata ταξει, ϱωας αιχματας Φυτευθεν- τας, και απο χρυσεων Νηρηϊδων: Et ſic ſimiliter in ſequentibus. 19. μον πατερος Ελλανιου] Anapæſtus hic etiam eſt pro Spondeo in Euripideo Trochaico, & nihil mutandum. 20. Σταντες, πιτναντ' ες αιθερα χειρας ἁμα] Verba male cohærent, neque juvat πιτναν τ' ες αιθερα, quod habent quidam: Nam copula iſta difficultatem tollere non poteſt: Dicam verbo: Legendum eſt, Ταν ποτ' ευανδρον τε, και ναυ- σι πλυſαν θεσσαν- το, παρ βω- μον πατερος Ελλανιου Σταν- τες, πιτναντες αιθερι χειρας ἁμα, Ενδαϊδος αρι- γνωτες &c: Sic nihil aptius: Erunt qui malent Σταντες, πιτναντες τ' αιθερι: Sed alterum magis Pindaricum: πιτναντες αιθερι paulo ſecretius; & inde error forte. 23. Ο τας θεος, τον Ψαμαθεια] Optime Ο τας θεος ad βια Φωκος, & Dijambus ante Choriambum etiam optimus in Choriambico: Vide tamen, quid bonus Schmidius ex imperitia Metri: Neuſeam mihi creat hominis ſtupor. 24. Τικτ' επι ϱηγμινι ποντου] Colon Trochaicum male habet: Scribendum, aut Τικτεν επι ϱηγμινι ποντου, aut Τικτ' επιϱϱηγμινι ποντου: Talia habemus plura in gratiam Metri, ut Eruditi ſciunt: Prius etiam Anapæſtum

habet pro Spondeo. 29. Δαιμων απαγωσας ελασεν. Στασομαι] Metricus, επιωνικον διμετρον ακαταληκτον: Corrupte: Scribe, επιωνικον τριμετρον ακαταληκτον: απαγωσας communiter ultimam producit, ſed Dorice corripit: Legendum igitur απαγωσαις: quod hic etiam mutarunt imperiti: Verbo repeto propter Jonicum: Libri olim discreparunt, & pro απαγωσας exhibuerunt quidam απ' Οιγωνας: quod ſine dubio vidit & explicuit Scholiaſtes: Deterior eſt lectio illa: Nam ελασεν minus venuſtum eſt exulante απαγωσας, & απ' Οιγωνας omni lenocinio caret poſt ευκλεα νασον: Ne mutemus igitur χρυσεα χαλκειοις. 31. Φαινοισα προσωπον αλαθεϊ ατρεκης] Metricus, επιχοριαμβικον τριμετρον ακαταληκτον, δια την εν αρχη τε τροχαιε συζυγιαν. και εστι Σαπφικον, πλεοναζον μια συλλαβη κατα τον ιαμβον εξηλλαγμενον: Quæ ſunt recentioris & ineptientis: Nam Syzygia Trochaica in hac Epodo prava, in duabus vero ſequentibus peſſima vel nulla potius eſt; & ſic nec Epichoriambicum, nec Sapphicum locum habere poteſt: Vident omnes, & nugis immorari nolo: Dicam, quod dicere debuiſſet homo, ſi rem Metricam intellexiſſet: Colon eſt Proſodiacum Trimetrum Acatalectum. 32. Και το σιγαν, πολλακις εστι σοφω-] Metricus, ιαμβελεγος, λειπεισης της αρχης: De iſta menſura diximus ad Od. 11. Olymp. Verbo id in memoriam tibi revoco: Tacere ſæpe eſt ſumma ſapientia: το σιγαν πολλακις εστι σοφωτατον νοησαι

σοφωτατον εστι νοημα ανθρωπων: Ita Pindarus pro σοφωτατον εστι νοημα ανθρωπων: νοησαι a σοφωτατον pendet, & σοφωτατον νοησαι ανθρωπων proprie eſt *ſapientiſſimum, quod cogitare poſſunt homines:* Moneo propter Interpretes, qui non intelligunt ſatis. 40. χαιτεις αειδει Παλιφ] Non diſplicet Ellipſis, hic tamen legendum forte, αειδει 'ν Παλιφ. 42. εν δε μεσσαις] μεσαις requirit Jambelegus: Nam de Cretico hic cogitare nolo: Alias εν δε Μουσαις, quod plerique Editi habent, non mutarem. 45. Αγειτο παντοιων νομων] Hoc ἀγειτο, & ſequens ὑμνησαν commendat certe Schmidii αειδεν V. 41. Idque non modo probo, ſed ſic etiam αειδ' εν Παλιφ commode legi poſſe aio: Benedictus in Paraphraſi recte de hymno nuptiali explicat: νομοι haud dubie ſunt modi Muſici hoc loco. 49. Κρηθηϊς Ιππολυτα] Hippolyte Crethei filia: Inepte aut depravate Scholiaſtes ad Od. præced. Ιππολυτη θυγατης γεγονε Κρηθηϊς Αχαστου γαμετη: Vide locum. 50. Ηθελε, ξυνευνα Μαγνη-] An ultimam in ξυνευνα corripuit Pindarus? Vix credo: Nam ξυνευνος maſculum prohibet ſane, quo minus ξυνευνη fœmininum corripi poſſit: Quid igitur? Suſpicor ipſum Pindarum ſcripſiſſe Ηθελε, συνευνα γε Μαγνη-: quod cum licite in Trochaico variat, ferre tamen non potuerunt naſutuli, & ab illis interpolatum eſt ita, ut nunc vulgo legitur: Bonus Schmidius, ut ſyllabas æquales haberet, hic ξυν etiam producebat: Vide & obſerva ipſe:

Omnes

Omnes ejus ineptias notare nec poſſum nec volo, quia nimis ſunt frequentes, & nimis etiam ſunt ineptæ. 51. πεισαισ' αχοιταν] πεισαισα pro πεισασα: Ita alibi etiam Libri; qui tamen non ubique conſentiunt: Inde colligere licet; ut in maſculis participiis ultimam, ita in participiis foemininis penultimam corripuiſſe Dores: Sic litera inſerta convenit, & inſertionis ratio patet.
53. συνεπαξε λοſον] Aldus συνεπλεξε λογον: utrumque bonum & diſcreparunt Libri.
55. Κεινος εν λεκτροις Αχαιſου Ευνας] Ευνας & λεκτροις ego non video, qui copulari poſſint; Idem enim ſignificant, & alterum alteri officit: Εδρας ineptum eſt, & ineptientibus concedendum: Nam επειγα νυμφειας εδρας neque Pindarus, neque alius quisquam dixerit lingua pura: Aliud deliteſcit: Nam nullus ego dubito, quin vitium ſubſit: Visne ſuſpicionem meam? Legendum puto, Ως αρα νυμφειας επειγα Κεινος εν θελκτροις Αχαστου Ευνας: θελκτρον idem, quod θελκτηριον: Et εν θελκτροις pro θελκτροις ſcriptum Pleonasmo notiſſimo: Sic nihil accommodatius: Error autem proclivis, ut vides. 56. Ευνας. Το δ' εναντιον εσκεν] Colon Choriambicum ægrotat in Syzygia Jambica: Scribe, Ευνας· τι δε εναντιον εσκεν: Tribrachys eſt pro Jambo.
62. Δεισας. Ο δ' ευ φρασθη] Ita Calliergus: Aldus & alii Ο δ' εφρασθη: quod ego malo: Δεισας mutandum in Δεισαις: Scis, quare i

re; & monere non neceſſe. 75. Παντων. Τυ δ', Αιγινᾳ Θεας, Ευθυμενες] Hic Amphimacrum pro Dactylo poſitum eſſe ſuſpicor, quia Θευ nimis fere ambiguum eſt, ubi & articulus abeſt, & Ευθυμενες interponitur; niſi νᾳ Θεας pro Spondeo potius ſit habendum: Vide & judica: Αιγινᾳ cum Παικιλων ἐφανσας ὑμνων copulandum eſt: Victores ſacri vincebant patriæ, & victoria ſua illuſtrabant patriam; eoque pertinebant ipſi Hymni illis cantati: Res eſt nota, neque aliter Pindarus: Sic igitur Euthymenes Ægineta victor etiam Æginam victoria ſua reddiderat illuſtrem: Interpretes, qui Αιγινᾳ explicant ἐν Αιγινᾳ, nugantur peſſime: Haud dubie in Iſthmo Iſthmia vicerat Euthymenes, & quidem plus ſemel fortaſſe: Nam ideo Iſthmi & Iſthmiorum meminit Pindarus ante hæc: Unus ex Antiquis Interpretibus recte ibi, διατι δ' ωνομασε νυν τον Ισθμον; ὁτι οικειος τις ην τυ Πυθεου, εις ὁν ἀυτη ἡ ᾠδη γεγραπται, Ευθυμενης· ὁς ενικησεν Ισθμια: Alii ineptiunt. 78. Ητοι μεταϊξαντα, και Νυν τεος ματρως &c.] Locus difficilis: Sed perbene legi poteſt, Ητοι μεταϊξ αντα, και Νυν τεος ματρως αγαλλει κεινος ὁμοσποgον εθνος Πυθεας: ματρως, ὁ κατα μητερα συγγενης: Senior vero Euthymenes Pythea, & ſenior etiam victoria Euthymenis victoria Pytheæ: Ideo Euthymenis μεταϊξ Pytheas: καταϊξ, πολυαϊξ, &c, novimus: Simile μεταϊξ: αντα vel cum μεταϊξ, vel cum

και

και νυν copulari poteſt: Prius, quia arridet magis, ſumſimus: κεινος Πυθεας Emphaticum eſt: Et ſententia & Metrum optime habent: ὁμοσποgον εθνος ſunt Æginetæ: Id verbo addo.

81. Α Νεμεα μεν αρηρει] Α Νεμεα, hæc ipſa, quæ hymno huic occaſionem præbuit: Pro μεν peſſime ſcribitur μιν: Nullibi enim pro αυτῳ eſt: Sic tamen bonus Schmidius, etiam ſupra. 87. Ισθι γλυκειαν τοι Μενανδρου] Hic oratio ſe ad Pytheam convertit: Præcedentia dicuntur Euthymeni: γλυκειαν τοι omnes Libri rectiſſime: Unus tamen Schmidius γλυκεια τη, ne τυχα ſequens, credo, ſit ſine articulo: phy ineptiæ! 90. Τεκτον' αεθλησαισιν εμεν] Aldus αθλησαισιν rectius: Nam cui bono Synizeſis, vel Dactylus aut Anapæſtus hic in Trochaico? εμμεν pro εμεν legendum eſſe, puer Trochaicum metiens videt. 92. Μηκετι ριγει. Διδυ] τι in Μηκετι produci non poteſt, & Colon Euripideum laborat podagra: Scribendum eſt, vel Μηδε τοι ριγει. Διδυ, vel Μη κε τοι ριγει. Διδυ.

97. Νικωντ' αρεταν πgοθυgοισι δ' Αιακου] Proſodiacum ſibi requirit πgοθυgοισιν δ' Αιακου.

98. Ανθεα ποιαεντα Φερειν στεφανω-] Recte Ανθεα, ſive noſtrum Aſynartetum, ſive aliorum Epichoriambicum vel Jambelegum ſumas: Nam Dactylus pro Trochæo in Aſynarteto & Epichoriambico; Anapæſtus pro Jambo in Jambelego adhiberi poteſt: Quin & ποια in Trochaico Trochæus eſſe po-

poteſt propter vocalem ſequentem: Vident periti: Bonus Schmidius αυθι: Nonne perquam acute & lepide: στεφανωματα appoſitio eſt ad Ανθεα πόιαεντα. 99. ματα, συν ξανθαις Χαρισιν] Metricus in Scala, και ἡ τελευταια αποδοσις το, χαρισιν εξετεινεν: Credidit Poëtam mediam in χαρισιν produxiſſe, & ſic ſcripſit, ſuſpicor, χαρῖσιν: An recte? Vix ac ne vix puto: Uſus enim certiſſimus obſtat: Schmidius Χαρισσιν, ut Θεμισσιν habemus in Pythiis Od. 4: Id melius certe: Epentheſis tamen rara: Commode legi poſſet hic, ματα, συν ξανθαισι Χαρισιν, vel ματα, συν ξανθαις Χαριτεσι: Tribrachys pro Trochæo adhibetur perbene: Et ſic Θεμιδεσι in Pythiis etiam ſcribi poſſet: Multa in Pindaro a Naſutulis ſunt mutata, ut ſyllabarum numerus eſſet æqualis.

ODE VI.

Col. 1. Εν ανδρων, εν Θεων γενος· εκ] Metricus, ιαμβικον ακαταληκτον. εν γαρ τῃ δευτερᾳ χωρᾳ εστιν ὁ σπονδειος. πολυ δε τουτο παρα τοις Δωρικοις: Non dubito, quin ſcribendum ſit παρα τοις Λυρικοις: Raro tamen ita Pindarus, qui in Metro fuit caſtigatior: Pro ιαμβικον ακαταληκτον ſcripſerat etiam Metricus ιαμβικον διμετρον ακαταληκτον. 3, Ματερος αμφοτεροι] Metricus, τροχαϊκον πενθημιμερες, ἡ Ιωνικον διμετρον βραχυκαταληκτον, ἀπο τροχαϊκης συ-

ζυγιας:

ζυγιας: Trochaicum bonum eſt; de Jonico ineptit: an ex τετρα apparere poteſt Colon eſſe Jonicum? Si aliud Metrum quæſiviſſet, ſumere debuiſſet Antiſpaſticum Dimetrum Brachycatalectum: Periti vident. 4. Διειργει δε πασα κεκριμενα] Metricus, διπλη περιοδος, ἡ καλειται τροχαϊκη απο ιαμβικης: Tres Trochæi ſtant inter duos Jambos, eosque habes, ſive ab initio ſive a fine numeres: Inde περιοδος, & περιοδος τροχαϊκη, quæ a Jambis incipit: Ita Magiſter cum aliis naſutulis: Ego Colon, miſſo acumine iſto, Antiſpaſticum Trimetrum Brachycatalectum eſſe aio: quod ſimplicius utique & commodius. 6. Ο δε χαλκεος ασφαλες αιει ἑδος] Metricus, ιαμβελεγος, λειπων τη πεμπτη συλλαβη· η ἀναπαιστικον: Aptum eſt Anapæſticum Dimetrum Acatalectum; alterum, ineptum etiam Naſutulorum commentum: Quinta ſyllaba Jambelegi eſt, quæ Penthemimeres efficit Jambicum, & hic ſexta eſſet propter Anapæſtum pro Jambo vel Spondeo. 8. Εμπαν, η μεγαν νοον, η-] Metricus, επιχοριαμβικον, ἐξ ἀντισπαστου και χοριαμβου, ἀδιαφορον παρα την ἀρχην: Illud ἀδιαφορον Antiſpaſti in his metiens videbis: quanquam leve eſt revera: An forte Αει pro Απι invenit Magiſter in Antiſtropha tertia? 12. Νυκλας, αμμε ποτμος αν-] Metricus, Ιωνικον διμετρον, απο τροχαϊκης συζυγιας: Hoc recentioris & ineptientis eſt: quod vix bonum in Stropha hac,

hac, peſſimum vero in plerisque aliis: Dicam verbo: Colon eſt Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum, cujus Antiſpaſti in primo pede variant: Nihil apertius. 13. τιν' εγραψε δραμειν ποτι σταθμαν] Metricus, αντισπαστικον τριμετρον βραχυκαταληκτον. ὁ εστι &c: Recte & vere: Sic habemus modum, ad quem redigenda ſunt alia ſequentia: Videbimus in progreſſu: Illud non prætereundum: In ipſa verborum Syntaxi non placet μετα νυκτας: quod *poſt noctes*, non *quoad noctes* ſignificat, & hic incongruum eſt: Vitium irrepſit, & ſcribendum ſuſpicor, vel κατα νυκτας, vel μεσα νυκτος: Prius perſpicuum eſt; poſterius paulo obſcurius: μετα ſcilicet ſic ſumitur adverbialiter, & νυκτος per ſe ſubſiſtit ſubaudita præpoſitione: Utrumque εφαμεριαν reſpicit αντιθετικως; ſed ipſa illa αντιθεσις venuſtior in μετα νυκτος, quam in κατα νυκτας: quia noctem diſerte poſt diem ponit, & ſingulum excipit εφαμεριαν ſingulum: *neque poſt noctu:* Attende; fallor, aut poſterius in Pindaro placebit tibi. 14. Τεκμαιρει δε και νυν Αλκιμιδας] Certo certius legendum ob Metrum, Τεκμαιρει και νυν Αλκιμιδας: νυν & longum & breve eſſe poteſt: Quare νῦν fere præferendum propter Emphaſin: Aldus, Τεκμαιρει δε νιν Αλκιμιδας: Sic legi etiam poſſet, Τεκμαιρει νυν δε Αλκιμιδας: Et diſcreparunt forte Libri antiqui, ipſeque error ex diſcrepantia annotata. 15. Το συγε-

γες ἰδειν Αγχι καρποφοροις &c.] Distinguendum est plene post ἰδειν, & Αγχι καρποφοροις cum aliis adjunctis ad sequentia pertinet, quæ comparationem illam referunt in Alcimidæ familia: Sic autem post εμαρψαν pro puncto collocandum est Comma, ut ηλθε του recte sequatur, & præcedentia apte nectat: αγχι καρποφοροις αρουραισιν &c, ηλθε τοι Νεμεας &c: Sic omnia cohærent, ut debent: Interpretes balbutiunt: το συγγενες ἰδειν, ἡμων προς το θειον. 25. 26. Αισαν, νυν πεφαντ' ουκ &c.] Colon utrumque male habet: Scribe ad modum, quem in Stropha diximus,

Αισαν, νυν πεφαντ' ουκ α-
μοιρος αμφι παλᾳ κυναγέλας,

Syllaba locum mutavit perperam. 27. Ιχνεσιν εν Πραξιδαμαν-] Choriambicum Dimetrum Acatalectum purum: In Metricis ακαταληκτον bonum est. 28. τος ἑον ποδα ημων] Jambicum Penthemimeres aut Antispasticum Dimetrum Catalecticum. 29. Πατρωπατορος ὁμαιμιου] Colon Trochaicum Dimetrum Catalecticum, ex Dactylo, Tribrache, Trochæo & syllaba: In Epodo postrema Metrum licite variat, & pro Dactylo & Tribrache sunt duo Dactyli: Bonus Metricus, Το γ, ἡ τελευταια αποδοσις, αναγκαζει δακτυλικον γενεσθαι το κωλον: Inepte plane: Nam Πατρωπατωρος legisse non videtur contra usum receptum. 34. Στεφανωσαμενος, Νε-

μεᾳ

μετὰ δὲ τρεις] Recte Metricus, ἀναπαστικὸν δίμετρον δισύλλαβον: quod ad marg. Ed. Brubacch. additur, ἢ καὶ δίμετρον χοριαμβικὸν, longe ineptiſſimum eſt. 35. Ἔπαυσε λαθὰν Σακλείδα] Metricus, ἰαμβικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ἀλκμαϊκὸν· ὁ γὰρ τέταρτος πους, σπονδειος: Nota ἀλκμαϊκὸν ἄτακτον, ſi verum perhibeat Magiſter: Qua de re dubito: Colon enim Antiſpaſticum Dimetrum Acatalectum eſſe poteſt correpta poſtrema, neque neceſſe ut a legitimis ad illegitima tranſeamus.

36. 37. Ος ὑπέρτατος Ἀγησιμάχω Υἱέων γένετο] Colon prius eſt Antiſpaſticum Trimetrum Brachycatalectum; poſterius, Anapæſticum Monometrum: Metricus eſt corruptus, & aliter ſcriptum invenit in Libris ſuis: Το ι, τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Το ια, δακτυλικὸν πενθημιμερες: Vix dubito, quin pro ἰαμβικὸν δίμετρον irrepſerit τροχαϊκὸν διμέλρον: Sic enim apparet ſtatim, quid dimenſus fuerit: Diſcreparunt ſcilicet Libri, & in quibusdam fuit,

Ος ὑπέρτατος γ' Ἀγησιμαχω υἱέων γένετο.

Sic Jambicum Dimetrum Acatalectum & Dactylicum Penthemimeres adſunt. 38. Ἐπεί οἱ τρεις ἀεθλοφοροι] Ἐπεὶ οἱ ſine dubio ſcribendum cum Schmidio & Benedicto, ut οἱ τρεις cohæreat: De οἱ τε πονων Ἐγευσαντο mox videbimus: Apparet experſonarum alterna-

tione, & cohærentia loci: Hæc enim non ſunt referenda ad proxime præcedentia, ſed ad caput ſententiæ, & primum illud, Αγχι καρποφοροις Αρουραισιν &c: Tres illi, Ageſimachus, Praxidamas & Alcidamas; qui poſt tres quieſcentes fuerunt ſtrenuiſſimi, & ut αρουραι αναπαυσαμεναι, εμαρψαν σθενος: Nihil apertius, ſi attendas: Veriſſime igitur Schmidius & Benedictus οἱ ſcribunt in caſu primo, & οἱ τρεις ita accipiunt: Sequens οἱ τε accipi non poteſt, ut illi putant, ſi indolem Sermonis ſpectemus, & aliud haud dubie requiritur: Lego, Επει οἱ τρεις αεθλοφοροι Προς ακρον αρετας Ηλθον, ᾧ τε πονων Εγευσαντο: αρετας ακρον, ᾧ και πονων εγευσαντο: ad virtutis ſummum, quo & labores ſubierunt & exantlarunt: Sic nihil rotundius. 43. Απεφανατο πυγμαχια] Et Verſus, & ſententia mutila eſt in Libris: πλεονων non male additum. 46. πων τυχειν αυτα σκοπου] Recte τυχειν pro τυχειν: Idioma fuit neglectum: Aldus etiam πων τυχειν αυτα σκοπου. 47. Ωτ' απο τοξυ ἰει-] ᾧτε pro εφ' ᾧτε: *quamobrem:* Dorismus hic nullus. 48. σ' ευθυν επι τουτον αγε] Colon Proſodiacum fulcro indiget: Scribe, σ' ευθυν γ' επι τουτον αγε: Bonus Schmidius non audiendus. 49. 50. Μοισα, ουρον επεων ευκλεα. Παρειχομενων γαρ ανερων] Hæc etiam corrigenda, ut numeros habeant: Scribe,

Μοισ'

Μοισ', αυρον επεων ευκλε-
α, παροιχομενων γαρ ανερων,

Coli prioris Antiſpaſtus eſt quinqueſyllabus. 51. Αοιδοι και λογιοι τα καλα] λογιοι Anapæſtus pro Spondeo vel Jambo: Mirum, non ſcripſiſſe Pindarum, ubi Spondeus in loco ſecundo præcedebat, Αοιδαι και λογοι τα καλα, quod ſe ſcribenti offerebat ſtatim: An forte ita ſcripſit ipſe? 52. Σφιν εργα εκομισαν] Recte Aldus, Σφιν εργ' εκομισαν: Nam Penthemimeres eſt Jambicum, quod Doricum εκομιξαν etiam non reſpuit. 62. 63. Ταυτας αἱμα πατρας, χρυσα- λακατα &c.] Hæc ita legenda, tranſpoſita etiam ſyllaba,

Ταυτας αἱμα πατρας, χρυ-
σαλακατα ποτε Καλλιας ἀδων

Antiſpaſtus Coli poſterioris eſt quinqueſyllabus, Spondeo in Dactylum reſoluto: χρυσαλακαλα eſt a χρυσαλακατης: quod nota: Sed ſcribere forte præſtat χρυσαλακαλας, a χρυσαλακατος terminatione vulgari. 66. Εσπεριος ἀμαδω φλεγει] Ad Heſperum ſtellam alludit Εσπεριος, ut φλεγει oſtendit. 67. Ποντω τε γεφυρ' αχαμαν- τος εν &c.] Ita legendum eſt cum omnibus Libris: Scholiaſtæ γεφυρα Κρεοντι- δαν εν &c, Verſum enecat, & ad ipſos corvos ablegandum eſt. 73. 74. τ' ερεψ' ασκιοις Φλιουντος ὑπ' ω- γυγιοις ορεσιν] Metrum Antiſpaſticum & Anapæſticum ſic

recte habet: Si Metrici Jambicum & Dactylicum placeret, legendum esset,

τ' ερεφ' ασχιοις Φλιουντος ὑπο
Ωγυγιοις οχεσιν.

εχεψ' melius, quam ερεφ': Id quisque videt.

86. 87. Δε σφι νεικος εμπεσ', Αχιλλευς &c.] Hæc ita legenda sunt, ut Metro obtemperent,

Δε σφι νεικος εμπεσ', Αχι-
λευς χαμαι καλαβαις αφ' ἁρμαλιων,

εμπεσ' Αχι Antispastus est truncatus, qui vel Dactylum habet in parte prima resoluto Spondeo, vel duas breves pro una longa in parte altera, & sic integer, fuisset quinquesyllabus: σφι Aldus; idque Schmidius ab eo sumsit & a Schmidio sumserunt Editores: Alii σφιν: Res eodem redit in Antispasto: Id quisque videt: καταβαις Dorice postremam producit, & bonum est: καββας tamen, non diffiteor, quia paulo secretius est, non videtur a scribis profectum: Discreparunt forte Libri, & in quibusdam scriptum fuit, λευς χαμαζε καββαις αφ' ἁρμαλων: Spondeus in principio Syzygiæ Jambicæ non peccat: Locus enim est impar: Et ista lectio non deterior certe altera. 89. ξειν Αυς, αιχμα] Scribendum, ut Jambicum recte incedat, ξειν Αους, αιχμα: Pro Tribrache Anapæstus est; idque displicere non potest perito: Facile

cile tâmen ipſum Tribrachem habere licet: Pro αιχμᾳ enim ſe ſponte quaſi offert ακμᾳ, cujus prima eſt indifferens: Vide & elige. 91. ο. Και ταυταν μεν παλαιοτεροι] Vitium apertum, quo Lex Pedia violatur turpiter: Scribendum eſt, ο. Και ταυτα μεν παλαιοτεροι Οδον ἀμαξιτον εὑρον: ut ταυτα, ἀμαξιτον ὁδον dicatur per appoſitionem: Nam κατα ſubaudire, vel ad ταυτα, vel ad ἀμαξιτον ὁδον, incongruum eſſet, & nemo paulo humanior probaret: Appoſitio haud dubie bona eſt, & ταῦτα, ἀμαξιτον ὁδον, ita acceptum, ſi attendas, Emphaticum & Pindaricum magis, quam ταυταν ἀμαξιτον ὁδον uno nexu: Recurrendum hic ad ſuperius illud, Πλατειαι παντοθεν λογιοισιν εντι προσοδοι &c: Sic etiam evidentius eſt, quod dicimus. 99. 100. Αχθος, αγγελος εβαν, πεμ- πτον επ' εικοσι τυτο γαρυων] Metrum utriusque Coli hic ſibi conſtat: Nam λος εβαν πεμ eſt pars major Antiſpaſti quinqueſyllabi, ab Anapæſto incipientis: Nihil apertius: Sic minima mutatione duo iſta Cola per totam Odam recte conſtituimus: Quid Schmidius fecerit, quid Editores dixerint, vide in illorum Notis: Nugis immorari nolo. 103. Αλκιμιδας το γ' επαρκεσε] Colon Trochaicum, ut ad Epodum primam monuimus: Schmidius ineptit, & ipſam ſententiam enecat. 107. Κλαγος προπετης] Quid proprie, neſcimus, quia acta illorum temporum non tenemus,

præsertim in singulorum causa: Talia in his Odis plura, sicuti in Comœdia, & Poëmatibus, quæ tempori accommodata sunt privatosque tangunt: In dubio & hic & alibi Interpretes antiquos sequi possumus; si non ineptiunt palam, ut sæpe faciunt.

109. Ταχος δ' αλμας ισον ειποι-] In Jambico Alcaico est Dactylus pro Spondeo; In Antispastico Antispastus quinquesyllabus pro Antispasto quadrisyllabo, resoluto Spondeo: Sume quod placet: Propter ipsum Dactylum ego etiam Antispasticum malo.

110. 111. μι Μελησιαν, χερων τε και ι- σχυος ανιοχον] Metricus legit, μι Μελησιαν, χερων τε και Ισχυος ανιοχον: Colon postremum in τα-ξει vulgata etiam pro Anapæstico Dimetro Brachycatalecto haberi potest: Id verbo addo.

ODE VII.

Col. 1. Ελειθυια, παρεδρος Μοιραν βαθυφρονων] Metricus, αντισπαστικον τριμετρον υπερκαταληκτον: Recte: Legendum igitur trajecta voce, Ελειθυια, Μοιραν παρεδρος βαθυφρονων: Dijambus sive Syzygia Jambica stat inter duos Antispastos: Ειλειθυια Metro non deterius, quam Ελειθυια; quia in Antispasticis variatio est solemnis. 2. Παι μεγαλοσθενεος, ακουσον] Metricus, εγκωμιολογικον, λειπον τω εσχατω ιαμβω: Commentum nasutulorum: Colon Anapæsticum est Dimetrum Catalecticum:

cum: Dactyli & Anapæsti miscentur ubique. 3. Ηρας, γενετειρα τεκνων. Ανευ σεθεν] Metricus, επιωνικον, ὁπερ αντιπαθει τῳ ιαμβῳ: Ineptiæ: Et deterius adhuc illud Ed. Brubacch. η χοριαμβικον διμετρον ὑπερκαταληκτον: Nihil evidentius: Colon est Asynartetum ex Penthemimeri Anapæstico, & Jambico Dimetro Brachycatalecto: Periti vident statim. 4. Ου φαος, ου μελαιναν δρακεντες ευφρονην] Metricus, περιοδος δευτερα. και ἡ μεν πρωτη αποδοσις εστι μεσος ιαμβος. ἡ δε δευτερα, διπλους τροχαιος. λειπει. Illud λειπει est scribæ, qui eo indicavit locum in Libro suo esse mutilum: Quid igitur post διπλους τροχαιος scripserit Metricus, ignoramus: μεσος ιαμβος est corruptum, & pro eo legendum μεσος διιαμβος: Nam ita Colon dimensus est Magister: Ου φα | ος, ϝ | μελαι | ναν δρα | κεντες | ευφρονην: Unus Trochæus stat in principio; eum excipiunt duo Jambi; tum sequuntur duo Trochæi: Hactenus Metrica; reliquum deerat: Et parum refert: Nam Periodicum est ineptum ab ipso initio propter unum Trochæum: Sed plura de Periodicis Magistri, quæ eorum ineptias redolent: Dicamus quod res est, uno verbo: Colon est Antispasticum Trimetrum Hypercatalectum, cum Choriambo in principio pro Dijambo: Id quisque intelligit, nec Interprete eget. 5. Τεαν αδελφεαν ελαχομεν] Metricus, ιαμβικον διμετρον καταληκτικον. ὁ τριτος πους, δακτυλος συναλειφομενος: Talis Dactylus in una hac Stropha φεαν ελα: Pro καταληκτι-

κον ſcribendum ακαταληκτον. 7. Αναπνεομεν δ' ουκ ἁπαντες επι ισα] Metricus, Αναπρεοντειον, εκ δευτερου πενθημιμερους, και ιαμβικης συλλαβης καταληκτικων: Duo Penthemimera Jambica ſumit, & poſt illa unam ſyllabam brevem Jambicam: Quis talem dimenſionem probet? Dicam: Colon eſt Aſynartetum, vel ex Penthemimeri Jambico & Jambico Dimetro Brachycatalecto; vel ex Monometro Jambico & Dimetro Trochaico Catalectico: δευτερου πενθημιμερους ſcriptum pro διπλου πενθημιμερους, ut paulo ante περιοδος δευτερα pro περιοδος διπλη: neque id mutandum.

8. Ειργει δε ποτμω ζυγον Θ' ἕτερον ἑτέρα.] Nulla hic difficultas: Scribendum ſine dubio, Ειργει δε ποτμω ζυγον Θ' ἕτερον ἕτερα: quæ ita ordinanda, ἕτερα δε ειργει ποτμω ζυγον ἕτερον: & vertenda, *alia vero arcent ſortis ſtateram aliam:* quo fit, ut non eodem vergat, ſed alio atque alio ſeſe demittat: Sententia eſt Emphatica, & totum acumen in ειργει; quod *arcens* ſtateram in locum alium atque alium propellit: Viri Eruditi ridiculi ſunt, qui in iſtis potuerunt cæcutire: Commode hoc poſt Αναπνεομεν δ' ουκ ἁπαντες επι ισα ſequitur, rationemque aperit, quare ουκ αναπνεομεν παντες επι ισα: Alia enim atque alia ſunt, quæ ſortis ſtateram propellunt alio atque alio: Idque eo majori diſcrimine, quo ipſa ſortis ſtatera etiam alia atque alia eſt: ἕτερα ἕτερον: Pindaricum hoc, ſi quid aliud: Θ' pro και eſt, & ſic apprime con-

convenit: Et verba, & ſententia plana eſt, neque ſcrupulus remanet: Apage, apage Editorum ἑτέρα, quod dignum Morbonia.

10. Και παις ὁ Θεαριωνος αρετᾳ κριθεις] Colon ſimile Colo tertio: Diſcrimen in eo, quod Jambicum hic a Dactylo incipiat.

12. γενης μετα πενταεθλοις] Metricus, ιαμβικον πενθημιμερες: Vitium apertum: Scribendum haud dubie ἑφθημιμερες. 20. Εργοις δε καλοις εσο- πλεον ισαμεν ἑνι συν τροπῳ] Languidum & effoetum eſt ἑνι συν τροπῳ: Scribendum ſuſpicor, Εργοις δε καλοις εσα- πλεον ισαμεν ἐν ισῳ τροπῳ: *ſpeculum unum æquale ingenio*, ſcilicet *operibus præclaris*: ισον εργοις καλοις τροπῳ: τροπον non conveniſſet ita propter ισον: Et ſic ἐν ισοτροπον ſcripſiſſet Auctor: Lectio eſt vere Pindarica, quam corruperunt inficeti. 23. Εὑρηται τις απτονα μοχθων] Colon Jonicum aperte requirit Εὑρη pro Εὑρηται. 25. Σοφοι δε μελλοντα τριταιον ανεμον] Metricus, χοριαμβικον, και ιαμβος, και συλλαβη: In Ed. Brubacch. διμετρον recte additur: Cur tamen Magiſter Choriambicum a Jambo & ſyllaba ſeparavit, & non rotunde ſcripſit, χοριαμβικον τριμετρον καταληκτικον? Choriambus ſtat inter Jambos, & ον ανεμον Jambus eſt reſolutus cum ſyllaba: Niſi ipſum Choriambum reſolutum malis: qui non deterior certe. 26. Εμαθον, ουδ ὑπο κερδει βαλον] Metricus, Ιωνικον διμετρον ακαταληκτον. ἡ πρωτη συζυγια τροχαιος. ειτα Ιωνικη: Coacte & male: Vide modo alia ſequentia:

Co-

Colon eſt Antiſpaſticum Dimetrum Hypercatalectum, & Antiſpaſtus primus eſt quinqueſyllabus: Pro τροχαιος Metricus vel διτροχαιος vel τροχαϊκη ſcripſiſſe videtur. 29. Εγω δε πλεον ελπομαι Λογον &c.] Ita omnes Libri: Schmidius πλεον' ελπομαι: Non accedo: Eruditius enim eſt πλεον, & melius cum η παθεν convenit: ελπομαι λογον Οδυσσεος γενεσθαι πλεον η παθεν δια τον ἀδυεπη Ομηρον: Periti vident. 30. Λογον Οδυσσεος, η παθεν] Metricus, τροχαϊκον διμετρον ακαταληκτον: In Ed. Brubacch. ακαταληκτον recte mutatur in καταληκτικον: Rectequè additur ibi, η και περιοδος: Colon enim Aſynartetum vel Periodicum eſſe poteſt, ex Monometro Trochaico & Monometro Jambico. 31. Δια τον ἀδυεπη γενεσθ' Ομηρον] Metricus, τροχαϊκον διμετρον βραχυκαταληκτον: Cum Ed. Brubacch. legendum τριμετρον pro διμετρον. 32. Επει ψευδεεσσιν / οἱ ποταμα γε μαχανα] Ita Editores poſt Schmidium: Ipſe Schmidius, Επει ψευδεσιν οἱ ποταμα γε μαχανα: Libri omnes ante eum, Επει ψευδεεσσιν οἱ πολαμα μαχανα: Recte: Nam pro Syzygia Jambica eſt Antiſpaſtus εασιν οἱ πο, pes domeſticus, qui ſemper primas agit: Bonus Schmidius ſyllabas modo numerans, id animadvertere non potuit: Ne literam igitur muta. 36. Εαν αλαθειαν ειδεμεν] ἐαν *ſuam quisque*: Refertur ad ὁμιλος ανδρων ὁ πλειστος, & bonum eſt absque dubio: ἐαν pro εουσαν non dixerunt Græci, & ſic εταν ſcribendum eſſet: Sed quid ne-

neceſſe? ἰδεμεν pro εἰδεμεν Schmidius, ut Dactylum haberet: Si εἰδεμεν retineas, Anapæſtus eſt pro Dactylo: Nam Diphthongus ante vocalem corripi poteſt: & Jambico non deterius hercule eſt. 45. Κυμ' Αϊδα, πεσε δ' αδοκητον Εν και δοκεοντα] Αϊδα pro Αϊδαο requirit Metrum: Εν pro Ες ponitur: εμπεσε δοκεοντα dubito, an dixerint ipſi Dores: Et ſic recte etiam Schmidius: qui ſuaviter tamen nugatur, cum πεδα pro μετα præmittit, & legit, Αλλα κοινον γαρ εχχεται Κυμ' Αϊδαο πεδ' αδοκητον, Εν και δοκεοντα: Id vident omnes, qui in his aliquid vident: Deceptus eſt ab Aldo, qui edidit, αλλα κοινον γαρ ερχεται Κυμ' Αϊδαο πεσ' αδοκητον Εν και δοκεοντα: Corrupte ſine dubio: An Libri quidam legerunt forte olim, Αλλα κοινον γαρ ἑρπετον Κυμ' Αϊδαο πεσ' αδοκητον Εν και δοκεοντα, & ab iſta lectione annotata eſt Aldinum? Elegans profecto & Pindaricum eſſet ἑρπετον, *reptile*, & ſic fluctus Orci *adrepens* diceretur egregie: Sciunt Eruditi: qui de hac ſuſpicione mea cogitent: αδοκητον, *non exſpectantem*, notandum ενεργητικως: Niſi forte ſcribendum ſit, Εν κἀδοκεοντα, id eſt, και αδοκεοντα: Sic enim Emphatice παθητικον ενεργητικῳ apponeretur: Heſychius ſuo loco, Αδοκει, αδοκητως διακειμενος: Hoc non rejiculum certe. 48. Βεαθοων. Τοι γαρ μεγαν] Hic Spondeus eſt pro Dactylo, ut in Stropha præcedenti pro Dactylo eſt Anapæſtus:

Ver-

Verbo noto propter Schmidium. 50. Εμολε χθονος· εν Πυθιοις δε δαπεδοις] Colon Aſynartetum requirit, Εμολε χθονος· εν Πυθιοισι δε δαπεδοις: Εμολε manere poteſt, ubi de Jambico ex aliis conſtat: Sic enim Anapæſti duo ambiguum inducere non poſſunt: Sententia eſt aperta, & Εμολε certo certius Neoptolemum reſpicit. 52. Νεοπτολεμος επει πραθεν] Νεοπτολεμος in ſcanſione eſt pro Νοπτολεμος, ut in Menandreis νεοττων pro νοττον, &c: Et ſic Trochæum hic habemus pro Tribrache: Mirum, quod bonus Schmidius non ſcripſerit Νεοπτολεμος. 55. το δ' εις Εφυραν πλαχθεντες] Spondeus in loco tertio Jambi: Oculatiſſimus Schmidius inter πλαχθεντες, & πλαγχθεντες, quod in aliis eſt, diſtinguit lepide. 57. αιει] Ita plerique: Aliorum αει Metrum Antiſpaſticum non reſpuit.

59. Θεον, κτεατ' αναγων Τρω-] Pherecratium cum Antiſpaſto quinqueſyllabo: Nihil apertius: Anapæſticum Monometrum Hypercatalectum, cujus meminit Metricus, ſic ad Colon hoc pertinere non poteſt: Talia plura in Metricis, ut noſti. 60. ϊαθεν, ακροθινιων θ'] Legendum, ne injuria fiat Glyconio, ϊαθεν γ' ακροθινιων: θ' ſine dubio male abundat, & poſt ακροθινιων diſtinguendum eſt puncto ſublimi. 63. Βαρυνθεν περισσα δε Δελφοι ξεναγεται] Hic etiam tranſpoſita vocula ſcribendum, Βαρυνθεν δε περισσα Δελφοι ξεναγεται: Junge V. 1. Odæ.

71.

71. Τρια επεα διαρρεσει] τρια επεα ſunt verba ſequentis Verſiculi ſola. 72. Ου ψευδις ὁ μαρτυς εργμασιν επιστατει] Recte ψευδις: ψευδης non ferebat Metrum: ad ψευδις pertinet ψευδιστεγος & ψευδισλατος: μαρλυς optimum; μαντις peſſimum. 74. Θρασυ μοι τοδ' ειπειν, Φαεννας αρεταις &c.] Diſtingue Θρασυ μοι τοδ', ειπειν Φαεννας αρεταις &c: Nam ordo verborum eſt, Αιγινα, Θρασυ μοι τοδε, ειπειν ὁδον χυριαν λογων οικοθεν φαεννας αρέλαις τεων Διος τ' εκγονων: *Hoc, dicere* ſcilicet: Dicere encomia &c, arduum mihi: Ea tamen dicere ego & poſſim & velim; niſi ſatietas prohiberet, quæ in omnibus, etiam ſuaviſſimis, ineſt: Sententia eſt apta & plana: Interpretes balbutiunt, & facitunt, ut Pindarus una cum illis balbutiat. 76. Αλλα αναπαυσις] γαρ poſt Αλλα hic male ab operis eſt omiſſum.

88. Συνεσις ουκ αποβλεπει φρενων] Elegans eſt αποβλεπει, ſi απο proprie & naturaliter intelligatur: *ab, ſeorſim, in aliam partem:* Mentis prudentia alio non ſpectat tibi egregia tentanti: favet tibi & te reſpicit prudentia mentis: αποβλεπει αραμενῳ ſic optimum cum caſu tertio: Et Metrum etiam τῳ αποβλεπει non adverſum: Antiſpaſtus enim licite variat, & a Pyrrichio recte incipit: Qui id non animadvertebant, pro αποβλεπει ſcripſerunt αποβλαπτει, quod in Aldina eſt, & bonus Schmidius eadem de cauſa arripuit: Quid tamen αποβλαπτει in Pindaro eruditiori,

ri, & αποβλαπτει αραμενῳ? Sic ſaltem ſcribere debuiſſent Correctores belli αραμενον, ut ſimia eorum ſcribit: Illud addam verbo, quia commode incidit: αποβλεπτειν eſt apud Etymologum: αβλεπſειν apud eundem Etymologum, Heſychium, Suidam: Quare incertum, an poſt αραμενῳ, αποβλαπτει in Libris invenerit Aldus; & probabilius certe αποβλαπτει pro αποβλεπτει eſſe ab operis.

90. Υδατος ὥτε] Scribe ſaltem ὡτε: Sic ὡσſε rectius ſequitur mox V. 104. Ita variare non ſolent eruditiores Poëtæ: Amanuenſes novimus, qui in iſtis ſibi non conſtant.

94. Αχαιος ϑ μεμψεται μ', ανηρ] Pertinet ad ſuperius illud, Ινα χρεων νιν ὑπερ, μαχας Ελασειν αντιτυχοντ' ανηρ μαχαιρᾳ: Et recte unus ex antiquis Interpretibus hic, ου μεμψοιτο αν ουν με Αχαιος ανηρ, επι το δοκειν μικρολοſον παρεσταναι τον Νεοπτολεμον, ὁτι ειπον αυſον περι χρεων μεμαχησϑαι, και δια τουτο απολωλεναι: Alii longinqua arceſſunt perperam. 97. Ομμαſι δεχομαι λαμπρον, ουχ ὑπερβαλλων] Ut Antiſpaſtus ſit Antiſpaſtus, ſcribendum haud dubie ὑπερβαλων. 103. Ευξενιδα πατραϑε Σωγενες, απομνυω] In Anapæſtico Penthemimeri hic eſt Dactylus pro Spondeo: Ευξενιδα παſραϑε.

106. ὁς εξεπεμψας παλαισμαſων] εξεωπεμψας Syntaxis requirit, non Antiſpaſtus: Vident periti, & Schmidium non moror.

109. Ει πονος ην, το τερπνον πλεον πεδερχεται] Quo labor eſt major, eo tibi aliisque viris præ-

præſtantibus voluptas eſt major. 110.
Εα με, νικωντι γε χαριν Ει τιπερ αν αεθλοις &c.] Hæc & ſequentia, ita diſtinguenda & accipienda ſunt: Εα με, Σωσενες, νικωντι γε χαριν Ει τιπερ αν αεθλοις Ανεκρασον: *Me relinque mihi, ſi in laudando fuerim nimius:* Ea res mea eſt, non tua: ανεκρασον χαριν cohæret: Ου τραχυς ειμι καταθεμεν: *In ſolvendo, quod debeo, non ſum aſper,* ſed benignus, & potius plus tribuo, quam minus: Ειρειν στεφανους ελαφρον: *Corollas nectere facile eſt ac leve;* idque ſpectatores etiam faciunt φυλλοβολουντες: Αναβαλλεο, Σωσενες: *Exſpecta, Sogenes:* Aliud tibi in poſterum parat Muſa: Nempe Μοισα τοι καλλα χρυσον, εν τε λευκον ελεφανθ' ἁμα, Και λειριον ανθεμον ποντιας ὑφελοισ' εερσας: pretioſiſſima conglutinat, & quæ præſtantia ſua alia longe ſuperant: λειριον ανθεμον ποντιας εερσας ſine dubio eſt Coralium: quod flos eſt maris, & ſub aquis marinis naſcitur: quæ aqua marina hic Pindarice dicitur ποντια ερσα, propter ipſum etiam florem λειριον: Et appoſitum plane ὑφελοισα, quod florem ſub aquis latentem educit & extrahit: Aperta res eſt, & nugantur, qui de rore marino coronario explicant: Quid ille ad aurum & ebur? Sententia eſt perſpicua: De Metro aliquid addendum: Colon Choriambicum, Ει τιπερ αν αεθλοις, non eſt ſanum: Schmidius male, Ει τιπερ αν γ' αεθλοις, ubi γε præcedit: Scribendum, Ει τιπερ αντ' αεθλοις: αντ' pro αντα optimum,

mum, ſive cum αερθεις, ſive cum Ανεκρασον jungas: In Euripideo, Φρον. αναβαλλεο. Μοισα τοι, non peccat αναβαλλεο, & locum tueri poteſt: Variatio enim eſt licita: Κολλα χρυσον, εν τε &c: Notandum χρυσον, quod hic prima vice habemus correpta prima: χρυσεος ea menſura habuimus alibi. 119. Πολυφατον ὑμνων θρονον δονει] Hic demum animum ſuum alloquitur Poëta: Πολυφατον ῠ Antiſpaſtus poteſt eſſe bonus, cum Pyrrichio in parte prima; ſed quia Πολυφατων habet Aldus, per me licet, ita legatur; vel quod fere Pindaricum magis, Πολυφατον γ' ὑμνων: fulcrum, ut millies, excidit. 121. Πρεπει δαπεδον αν το-] Pherecratium certo certius deſiderat, Δαπεδον πρεπει αν το-: Niſi primam in δαπεδον aliquando produxerint Dores, ut poterant ſane, ſi ad δα pro γα reſpiciebant: Cogitandum: Id etiam ſuſpicati ſumus in Æſchylo: Et eo admiſſo, Colon 50. hujus Odæ, Εμολε χθονος· εν Πυθιοις δε δαπεδοις, recte etiam ſe haberet: αν δαπεδον τοδε de Ægina intelligendum: Ibi cantata Oda. 122. δε γαρυμεν θευμερᾳ] Glyconium cum Syzygia Jambica ἑπτασημῳ: Tale etiam illud Epodi poſtremæ: θευμερᾳ leviter corruptum eſt, & ſcribendum θευμοραᾳ: Heſychius, Θεομοχος, σωφρων: Perbene ad locum hunc: Nam Ησυχη præcedit: θεομορος & θευμορος idem, ut ipſi pueri ſciunt: Metricus ipſum θεομορᾳ hic invenit: Inde enim eſt illud in Scala, ἡ

μια

μια αποδοσις αντι της ιαμβικης συζυγιας την χοριαμβικην ὡς συσσγενη: Θεο in unam ſyllabam brevem contraxit, & ſic Choriambicum habuit: Apertum eſt Magiſtri commentum.

125. Εμὲ μεν πολιαρχον ευωνυμῳ πατρὶ] Æacum Thebis præfuiſſe, non apparet aliunde; neque hic ipſe locus indicat, ſi ſcribatur, ut ſcriptum fuiſſe ſuſpicor olim, Τεᾳ μεν πολιαρχον ευωνυμᾳ πατρᾳ: Præcedit δαπεδον αν τοδε de Ægina, & ſic Τεᾳ ευωνυμῳ πατρᾳ recte ſequitur, ad Sogenem ſe referens, nihilque eſt, quod Pindaro vitio verti poteſt: Inſpice Scholia. 126. Ηρακλεες, σεο δε προπρεωνα Μεν ξεινον αδελφεον τ'] Poſt πατρᾳ diſtinguendum paulo plenius, ut aptior ſit perſonarum diſtinctio: προπρεωνα vox eſt μονηρης, quæ hodie non occurrit alibi: Metrum jubet πρεω in Monoſyllabum contrahere: Et ſic mihi fit perquam probabile, legendum eſſe nunc; & lectum fuiſſe olim προπρωνα: Nam & Metrum ſic rotundius eſt, & vocabuli intellectus apertior: πρων, προπρων: Ita Portus non improbabiliter profecto.

131. Ει δ' αυτο και Θεος αν εχοι] αυτο: ſcilicet φιλησαι νοῳ ατενει γειτονα: ſi illud habeat Deus, neque mortalem ſibi vicinum deſpiciat.

133. τας ὁς εδαμασσας, ευτυχως] Ita peſſime Aldus & Calliergus contra Metrum Trochaicum: Alii recte εδαμασας. 134. Ναιειν, πατρι Σωγενης] Cum hoc Ναιειν jungendum eſt Ει: Εθελει εναιειν τιν πατρι Σωγενης: ti-

bi adhabitare, tibi inhabitare. 135. Θυμον, προγονων ευκλη-] Metrum Jonicum εὐκλη- vel leviter attendenti ſuggerit ſtatim. 138. Εν τεμενεσι δομον εχει τε-] Imo τεμενεσσι, ut in Anapæſtico Dactylus ſibi appoſitum habeat Dactylum. 139. οις, αμφοτερας ιων χερος. Ω μακαρ] Ne in Jambico ſit Trochæus, legendum χειρος: Hinc apparet, cur Herculis in Ægina meminerit Poëta: Qui id non animadvertebant ſatis, de Hercule Thebano cogitabant, & ſic Τεᾳ mutabant in Εμᾳ, ac ſi Pindarus Thebanus de Hercule Thebano loqueretur. 141. Δυνασαι δε βροτοισιν αλλαν &c.] βροτοι hic ſunt Αιγινηται, non omnes in genere mortales. 146. Ηβᾳ λιπαρῳ τε γηρᾳ διαπλεκοις] γηρᾳ in Jambico hic eſt pro Dactylo in aliis oppoſitis. 149. Γερας τοπερ νυν, και αρειον οπισθεν] ον οπισθ Anapæſtus in Choriambico non peccat, ſed quia ον οπι Tribrachys aliis accuratius reſpondet, οπιθεν præferatur, per me licet. 152. κυσαι επεσσι. Ταυτα] Scribe, ut Pherecratium habeat numeros, κυσαι επεσι. Ταυτα: Antiſpaſtus eſt quinqueſyllabus. 153. Δε τρις τετρακις τ' αμπολειν] Syzygia Jambica ἑπτασημος, ut ad Epodum 4. jam indicavimus. 155. μαψιλακας] Ita Schmidius cum Commelino: Aldus, Calliergus, & alii μαψυλακας: Non male: ὑλαω, ὑλακη, μαψυλακας: Vox eſt Analogica, & ita forte Pindarus manu ſua.

ODE

ODE VIII.

Col. 1. Ωρα ποτνια, καρυξ] Metricus, ἡμισυ επος καταληκτικον: Recte; & vere etiam Ed. Brubacch. η Φερεκρατειον. 4. σα βλεφαρις, τον μεν ἀμεροις Αναγκαις] Epichoriambicum Trimetrum Acatalectum, propter Trochæos pro Jambis: Eodem pertinet Metrici, η χοριαμβικον τριμετρον, ταις εναντιαις καταχλειομενον: Alterum, εγκωμιολογικον, μια πλεοναζον εν αρχη τω πενθημιμερους ιαμβικω, ipso inepto ineptius eſt: ἀμεροις Αναγκαις Χερσι Scholiaſtes antiquus & Benedictus recte exponunt: αναγκη eſt in omni amore, & ea ad amandum adiguntur omnes: ſed ipſa illa αναγκη duplex eſt: una ἀμερος, altera βιαιος: ἀμερος ad amores probos ducit blande; βιαιος ad amores improbos rapit violente: Nihil apertius aut convenientius: Apage igitur putidiſſimum illud Schmidii αναγκας, quod ego neſcio ubi adverbialiter invenerit: Quid etiam ejus ἀμειροις pro ἀμεροις? Metrum Trochaicum conſidera, & ride hominis ſtultitiam diducto ore. 5. Χερσι βασταζως, ἑτερον δ' ἑτεραις] Colon Aſynartetum, vel ex Monometro Trochaico & Penthemimeri Dactylico, vel ex Penthemimeri Trochaico & Monometro Anapæſtico: Diximus ad Od. 11. Olymp. 6. Αγαπατα δε, καιρου μη πλαναθεν-] Metricus, λογαοιδικον αρχεβουλειον, η επιωνικον απ' ελατονος, αταχτον δια τον

σπονδειον: De Epionico ineptit: Nam & Pæonem tertium male pro Jonico habet, & αταξιαν in Jambico admittit, quam fugere debemus omnibus modis: Cur ipſum Jambicum Dimetrum Hypercatalectum non ſumſit bonus? An duo Anapæſti id prohibebant? Mihi certe illa menſura non diſplicet magis, quam altera Archebulea: Vel eam igitur ſume, vel Jambicam. 22. Ικετας Αιακου σεμνων γουνα-] Metricus, Ιωνικον τριμετρον βραχυκαταληκτον ταις εναντιαις καταχλεισθεν, ατακτον, Αλκμαϊκῳ ζηλῳ: Hic etiam cum Epionico ſuo ατακτῳ adeſt Magiſter: Non accedo: Colon eſt Antiſpaſticum Dimetrum Hypercatalectum, cum Antiſpaſto quinqueſyllabo in principio: Pro γουναλων enim legendum eſt γονατων: Neque aliter legiſſe credo ipſum Magiſtrum. 27. Και πατρος Μεγα Νεμεειον αγαλμα] Ita legendum eſt, aut Και πατρος Μεγαο Νεμειον αγαλμα, ut Schmidius conjicit: Nam alias Colon non habet numeros ſuos: Νεμεειον tamen nitidius, quam Νεμεειον; ipſumque Νεμειον de Nemea Elidis vix ferunt antiqui Grammatici: Verbo indicavi etiam ſupra. 32. 33. Ισταμαι δη ποσσι κυφοις, αμπνευων Τε πριν τι φαμεν. Πολλα γαρ πολλα λελε-] Utrumque Colon laborat: Recte ſcribi poteſt, ne litera mutata, & puncto appoſito uno, Ισταμαι δη ποσσι κυφοις, αμπνευων τε Πριν τι φαμεν. Πολλα γαρ πολλᾳ λελεκται: πολλᾳ Elliptice, ut ᾗ, ταυτῃ,

τῃ, & alia id genus: ὁδῳ, σπευδῃ, opportune ſubaudiri poteſt hic: τε poſt αμπνεων pro και eſt, ut ſæpe: Sententia hic incipit nova, quæ viam ſequentibus ſternit; in quibus nihil novum, ſed omnia antiqua, de invidia & maledicentia virtutibusque oppoſitis: Interpretes nugantur, & cohærentiam non videntes, hæc perquam inepte ad Cinyræ hiſtoriam referunt. 34. κλαι, Νεαρα δε εξευροντα δομεναι] Colon Aſynartetum mutilum eſt, κται ad Colon præcedens translato: Scribendum ſuſpicor plane, Δη· νεαρα δε εξευροντα δομεν: Tribrachys eſt pro Trochæo, Spondeus pro Dactylo vel Anapæſto: Nihil facilius: Et vocula excidit ipſa Colorum confuſione. 35. Βασανῳ ες ελεγχον, ἅπας κινδυ- νος οψον Φθονεροισιν] Locus paulo difficilior: Dicam paucis, quod verum eſt, niſi memet egregie fallam: Scribendum, Ες ελεγχον, ἅπας κινδυνος, οψον Δε λογω vel λογῳ Φθονεροισιν: Sic nihil accommodatius aut apertius: Error ex eo, quod in Βασανῳ ες ελεγχον variarunt Libri antiqui, & quidam Ες ελεγχον, quidam Βασανου γ' ες exhibuerunt ſcriptum: Iſta enim diverſitas annotata involavit in contextum: Ες ελεγχον ſine dubio melius, quam alterum: ἅπας κινδυνος, *periculoſiſſimum*; *periculum totum*: λογω & λογῳ dedi, ut eligeres: Mihi prius arridet: Ab iſto λογω nunc Απτεται, Κεινος, & alia ſequentia commode pendent: Aliorum commenta

tangere nolo. 41. Η τιν' αʃλωσσον μεν, ητορ δ' αλκιμον] Benedictus μιν pro τιν: Perperam, ut aperte probat κατεχει ſequens: Sententia eſt & eſſe debet generalior. 42. Θα κατεχει λυʃρῳ νεικεϊ· μεγιστον] Haud dubie ſcribendum cum Schmidio λυʃρῳ εν νεικει: Id enim & Verſus, & ſententia requirit, ut quisque videt ſtatim. 50. Ελκεα ρηξαν, πολεμιζομενοι] An α in Ελκεα producitur a ρ ſequenti? Cras credam, non hodie: Ελκε' εʃρηξαν ſine dubio ſcripſit ipſe Pindarus. 51. Υπ' αλεξιμβροτῳ λοʃχᾳ] Pendet ab ερρηξαν: πολεμιζομενοι ελκεα ερρηξαν ὑπ' αλεξιμβροτῳ λοʃχᾳ: Qui aliter accipiunt, nugantur. 52. Αμφ' Αχιλλει νεοκλονῳ] Vitium apertum in Choriambico: Et legendum Αχιλει pro Αχιλλει. 53. Αλλων τε μοχθων πολυφθοραισιν εν] θων πολυ debet eſſe Dactylus: quod tamen adjunctum φθ prohibet: Scribendum eſt, ne ſyllabarum menſura temeretur, Αλλων τε μοχθων πολυθροισιν εν: Epithetum non deterius altero. 54. Εχθρα δ' αρα παρφασις ην Και παλαι] Emphaſis eſt in Και παλαι: Sic certe nova non dicebat Pindarus: παρφασις, ut παρφαμεν V. 120. Od. 7. Olymp. Vide ibi. 58. αφαντων κυδος αντεινει σαθρον] αντεινει pro ανατεινει: Optime: Benedictus αντεχει: Languide & effoete: Res & comparatio probant. 59. Ειη μη ποτε μοι τοι- ουτον ηθος, Ζευ &c.] Locus egregius, qui optimi Pindari indolem prodit opti-

optimam: Si futiliſſimi Grammatici ejus Energiam recte penſitaſſent, tot abjectis & ſordidis explicatiunculis memoriam Auctoris non commaculaſſent in Notis ſuis.

68. Αυξονται δ' αρεται χλω-] Ita Editores cum Schmidio: Omnes ante eum, Αυξεται δ' αρετα χλω-: Dicam: Libri diſcreparunt, & in quibusdam fuit, Αυξονται δ' αρεται, χλωραις εεργαις ὡς ὁτε δενδρον αναϊσσει, σοφοις ανδρων αεθλοισαι 'ν δικαιοις: in aliis vero, Αυξεται δ' αρετα, χλωραις εεργαις ὡς ὁτε δενδρον αναϊσσει, σοφοις ανδρων αεχθεισ' εν δικαιοις: Prius vidit Metricus, qui Colon Dactylicum vocat, poſterius alter, qui Pherecratium eſſe dicit: Tale enim eſt, quod omnes antiquiores Editi habent; & Antiſpaſtus variat ſuo more: Schmidius pluralem ſubſtituens, αιχθεισ' male retinuit, ut vides: χλωραις εερσαις jungendum cum ὡς ὁτε δενδρον αϊσσει: Scripſi vero, ut Colon illud ſe recte habeat, ὡς ὁτε δενδρον αναϊσσει: Elegantius & ſignatius haud dubie, quam Schmidius, cui ſyllabas numeranti placebat ὡς ὁτε δενδρεον αϊσσει. 71. Τε, προς ὑγρον αιθερα. Χρειαι δε παντοι-] Legendum, ne Choriambus Choriambus eſſe deſinat, Τε, προς ὑγραν αιθερα, vel Τε, προς ὑγρον γ' αιθερα.

73. Υπερωτατα] Nota pro ὑπερταλα: ὑπερος fuiſſe olim in uſu, hinc recte colligitur: Υπερος, Υπεριδης, eſt apud Etymologum in V. 74. εν ομμασι θεσθαι Πιστιν] *in oculis gerere fidem*, id eſt, amicum fidum:

πιστον φιλον: Pendet a præcedentibus, & γνησιως dicitur: Interpretes perperam.
79. Σευ δε πατρα, Χαριαδαις τε λαβρον] Si Asynartetum ſumas cum Penthemimeri Dactylico, prima in Χαριαδαις longa eſſe debet; & ſic Χαριαδαις vel Dorice pro Χηριαδαις dictum eſt, vel interpoſita litera ſcribendum Χαιριαδαις: Videndum, an alibi Χαριαδων fiat mentio. 81. καλι ποδων ευωνυμων] Choriambicum cum Syzygia Jambica ἑπτασημῳ: In aliis eſt Syzygia Jambica ἑξασημος: De corripienda Diphthongo non neceſſe, ut cogitemus. 82. Δις δη δυοιν] Ut ſupra, Δεινια δισσων σταδιων Και πατρος: δισσων σταδιων patris, & δισσων σταδιων filii; non δισσων σταδιων patris & filii ſimul: Apparet manifeſto ex his, quæ patri δις δυοιν tribuunt ſoli.
83. Επαοι- δαις δ' ανηρ νωδυνον και τις καματον Θηκεν] Ineptum eſt επαοιδαις: Sine dubio cum omnibus Editis ante Schmidium ſcribendum επ' αοιδαις: Pueri vident, ſi vel leviter ad verborum cohærentiam attendant; Illud addam: Si επαοιδαις in Libris eſſet, id non intelligerem, ut vulgo intelligunt, ſed pro επῳδῳ ſumerem, eo quod adcantatur καματῳ & ſuavitate ſua το οδυνηρον ex eo eximit: εργον præcedens eſt res læta, quam auget κομπος: καματος hoc res difficilis, cujus moleſtiam tollit επῳδος: Utrumque ad numeros Poëticos pertinet naturales & receptos: ωδη, επῳδος: αοιδη, επαοιδη: επῳδος, το επᾳδομενον

μενον στροφη και αντιστροφη: Ineptum ſic etiam ſit aptum. 86. Δη παλαι] Iterum cum Emphaſi, ne nova vel dixiſſe, vel feciſſe videatur: Et ſic manet Pindarus in eo, quod dixerat, Νεαρα δε εξευροντα δομεν &c.

ODE IX.

Col. 5. Ξεινων νενικανται θυραι] Ineptum eſt νενικανται, & menti Poëtæ adverſum: Si fores debuiſſent vinci ab hoſpitibus, non fuiſſent indole ſua hoſpitales: Res eſt aperta, & Dithyrambicum hic tollere non poteſt σχηματος ineptias: Non dubito, quin ſcribendum ſit, Εν δ' αναπεπταμεναι Ξεινων μεμνησθαι θυραι: ubi hoſpitum fores continuo cum aperiuntur, boant: Αυτομαται δε πυλαι μυκον ουρανου, ὰς εχον Ωραι, notiſſimum eſt ex Iliade: Alia prætereo. 7. Δωμ'. Αλλ' επεων γλυκυν ὑμνον πρασσετε] Metricus, εγκωμιολογικον, μετατεθεισης της πρωτης επι την εσχατην: Ineptit Magiſter: Diximus ad V. 1. Epod. 1. Od. 9. Pyth. 10. αυδαν μανυει] vocem lætam victoriæ indicat: ſe victorem eſſe adnunciat. 16. Θεσπεσια δ' επεων Καυχας αοιδα προσφορος] Θεσπεσια αοιδα επεων καυχας, pro επεων καυχωμενων: Hoc aptum & Pindaricum: Qui προσφορος καυχας jungunt, ineptiunt: Et ſic cum Benedicto legendum eſſet καυχαις: Sed minus placet, & ſententia ſic minus apta. 19. Φορμιγ', ανα δ' αυλον επ' αυταν ορσωμεν] Metrum Anapæſticum,

cum, & Prosodiacum ορσομεν desiderat: idque sententia etiam amat propter præcedens Κωμασομεν & πρασσετε. 31. και δειναν στασιν Πατριων οικων, απο τ' Αργεος] Ut τε conveniat, distingue, και δειναν στασιν, Πατριων οικων απο τ' Αργεος. 37. Ανδροδαμαντ' Εριφυλαν Οχιον ὡς ὁτε πιστον Δοντες] Recte Ανδροδαμαν cum copula: ὡς ὁτε pessime divellit Benedictus: ὡς ὁτε δενδρον habuimus Od. præced. &c: Δοντες, Ταλαου παιδες, suadente Adrasto: Et sic recte Benedictus in Paraphrasi. 43. 44. Αγαγον ανδρων στρατον, αισιαν θ κατ' ορνιχων ὁδον. Ουδε Κρονιων] Locus mutilus & turbatus, quem sine Libris restituere non possumus; Legendum donec illi auxilium ferant,

Ανδρων αγαγον στρατον . . αισιαν
Ου κατ' ορνιχων ὁδον· ουδε Κρονιων,

Post στρατον excidit vocula duarum syllabarum, quam conjectando quærere nolo, quia ipsa vestigia desunt: Επταπυλους Θηβας bonum est, & in Dactylico Penthemimeri pro Dactylo recte adhibetur Spondeus: Moneo propter Schmidii ineptias: Alias facillima etiam mutatione scribi posset, Επταπυλης αγαγον Θηβας ανερων στρατον. 53. γλυκυν Νοστον ερυσαμενοι] Ineptum est ερυσαμενοι, & hic locum habere non potest: Scribe ocyus meo periculo, γλυκυν Νοστον εχθαμενοι: ερυκω, impedio: *dulcem reditum sibi impedientes;*

tes: Emphaticum est ερυξαμενοι forma media, & σπευδεν ὁμιλος &c, pulchre excipit. 57. ὁ δ' Αμφιαρηϊ] Cur non scripsit Pindarus Αμφιαρᾳ, ut Μενελᾳ? Αμφιαρηος casu primo habemus in Pythiis, Αμφιαρηον V. 30. hic: An Αμφιαεηος pro Αμφιαραος dixerunt Dores? Sic Αμφιαεῃ ab Αμφιαεης etiam aptius esset ad Idioma, quam Αμφιαεᾳ ab Αμφιαρας: Sed hæc incerta sunt propter Amanuensium inertiam, & in Dialectis hodie sumus pueri. 66. Ει δυνατον Κρονιων, Πειραν μεν αγανορα Φοινικοστολων Εγχεων &c.] Locus mendosus: Nam ει δυνατον Κρονιων cum αναβαλλομαι non potest una consistere: Dicam: Legendum vel mutata distinctione, Εν γαρ Δαιμονιοισι φοβοις Φευγοντι και παιδες Θεων, Ει δυνατον. Κρονιων, Πειραν μεν αγανορα Φοινικοστολων Εγχεων ταυταν θανατου περι και ζωας, αναβαλλομαι ὡς Πορσιδα: vel mutata scriptura, Ει δυνατον, Κρονιων, Πειραν μεν αγανορα Φοινικοστολων Εγχεων ταυταν θανατυ περι και ζωας αναβαλλεο ὡς Πορσιστα: πειραν &c, αναβαλλομαι ὡς πορσιστα, *ablego quam longissime*, ut nec repetendam, nec metuendam, quia strenue Phoenices sunt repressi ab Ætnæis: Hoc bonum: Neque deterius alterum, Κρονιων αναβαλλεο ὡς πορσιστα, quod sese explicat & Interprete non eget: Elige: Prius audacius, & sic præferendum forte hic: De θεσπεσια αοιδα επεων καυχας, quod supra habuimus, cogita: Si Jupiter Ætnæis concederet,

deret, quod ſequitur; Phoenices & eorum impetum contemnere poſſent: Connexio ὑπνοιας audaciam juvat: Attende. 78. Απιστον ειπ'] Prout mores ſunt & hodie vivitur: Elegans & Emphaticum. 80. Χρομιῳ κεν] Χρομιῳ δη: *Chromio certe.* 89. Παυροι δε βουλευσαι, φονῳ Παρποδιῳ νεφελαι &c.] Ordo verborum eſt, Παυροι δε δυνατοι βουλευσαι τρεψαι φονῳ παρποδιῳ νεφελαν χερσι και ψυχῃ ποτι δυσμενεων ανδρων στιχας: Pauci conſilium capere & ſuggerere poſſunt, quo nubem præſentis cædis & mente & manu vertant in hoſtium aciem: βουλευσαι τρεψαι arcte cohæret, & poſt βουλευσαι ſententiæ robur eſt in χερσι και ψυχῃ: Nihil apertius: Si Interpretes ſequaris, Græca balbutiunt. 97. Ενθ' Αρειας πορον ανθρω- ποι καλεουσι] Locus ambiguus: Aut ſcribendum Ενθα Ρειας πορον, aut Ενθ' αρειας πορον: Marti locus hic nullus: Abhorret enim Αρειας iſta forma: αρειας πορος etiam minus accommodum, quam Ρειας πορος, ſi rationem conſulas: ſed ea in nominibus propriis non ubique obſervatur! Videndum, an alibi mentio fiat loci. 106. αιων ἀμερα] Adjective ἀμερα: Euſtathius Jonicum dixit: Quo jure, vides: Sed ita Grammatici centies: Ea de re diſtinctius forte alias. III. ουκ ετ' εστι πορσω Θνατον ετι σκοπιας Αλλας &c.] Locus ſine dubio corruptus: Nam ετι ita geminare non potuit Poëta: Scribe, ουκ εξεστι aut ουκ ενεστι πορ-

πορσω Θναλον ετι σκοπιας &c. 125. Πεμψαν ϑεμιπλεκτοις αμφι] Sine ullo dubio legendum, Πεμψαν ϑεμιπλεκτοις ἁμα: Nam Colon eſt Jambicum. 128. Ευχομαι ταυταν αρεταν κελαδησαι] In κωμῳ futuro: Initium Odæ, Κωμασομεν παρ' Απολλωνος &c. 129. ὑπερ Πολλων τε τιμαλφειν λογοις Νικαν, ακονιζων &c] τιμαλφειν eſt τιμᾶν, & τιμαλφειν νικαν cohæret: νικαν caſu patrio ineptit plane: Et ὑπερ πολλων non eſt ὑπερ πολλων νικων, ſed ὑπερ πολλων ᾀδοντων και κελαδουντων: In Como futuro plures laudarent Chromium: eos cantans Pindarus cantu ſuo vincere optat: Ad Syntaxin verborum attende; res eſt perſpicua.

ODE X.

Col. 1. Δαναου πολιν αγλαο-] Metricus, αναπαιστικον μονομετρον καταληκτικον δισυλλαβον: Imo ὑπερκαταληκτον δισυλλαβον: Et ita corrigendum. 3. Αργος, Ηρας δωμα ϑεοπρεπες, ὑ-] Metricus, ιαμβελεγος λειπων μιᾳ· η περιοδος εν αρχῃ: Scribe trajectis vocibus, λειπων μιᾳ εν αρχῃ· η περιοδος: Periodicum a Trochæis incipiens, & in Jambos deſinens: Nos Colon metimur aliter, ut ſupra diximus 6. Μακρα μεν τα Περσεως αμ-] Colon Epichoriambicum Dimetrum Acatalectum: Pro Περσεως ſine dubio ſcribendum eſt Πεϱσεος, ut Choriambus adſit: Syzygia Trochaica in Antitheticis variat, & nunc ἑξασημος, nunc ἑπτασημ-

ὁ ἡμος est: Ineptissime bonus Schmidius hic τῦ Πεγσεος: An ita Pindarus? an ita Græci? Metricus perquam imperite, περιοδος τροχαϊκὴ, ἐπιτριτος ἡ χοριαμβος δια την αποδοσιν: Tales Periodi non dantur, & quid Epitritus cum Choriambo? 8. Πολλα δ' Αιγυπτῳ κατωκισθεν αστη] Metricus, ιαμβελεγος, μεταθεμενης της τελευταιας επι την αρχην: Colon est aperte corruptum: Scis, quo modo id metiamur: Scribendum est, Πολλα δ' Αιγυπτῳ καλὰ ὠκισεν αςη Ταις Επαφῦ παλαμαις: ὠκισεν, Αγγος, quod præcedit, & hic commode subauditur: Erunt, quibus absque Ellipsi placebit, Πολλα δ' Αιγυπτῳ καλὰ ὠκισαν αςη Αἱ Επαφῦ παλαμαι: Ego, quod posui, malo. 11. Ψαφον εν κολεῳ κατασχοισα ξιφος] Metricus, το αυτο. το δε κολεῳ, ανὶ του κολῳ κατα συνιζησιν: Nugatur: εν κολε Dactylus est bonus in Trochaico. 17. Και γυναιξιν καλλικομοισιν αριστευει] Αργος, ut paulo ante ὠκισεν. 19. Ζευς επ' Αλκμαναν Δανααν τε μολων] Colo deest syllaba: Non male Schmidius eas numerans, Ζευς επ' Αλκμαναν Δανααν τε μολων, τῦτον κατεφανε λογον: Potes etiam legere, Ζευς επ' Αλκμαναν Δανααν τε μολων, τον- δε καὶεφανε λογον: Locum primum & cæsuram nosti. 23. 24. Θρεψεν δε αιχμαν Αμφιτρυωνος. Ο δ' ολβῳ φερτατος] Metricus, Το α, επιχοριαμβικον διμετρον ακαταληκτον. Το β, Ιωνικον διμετρον καταληκτικον: In suis invenit absque dubio,

Θρεψε

Θρέψε δ' αἰχμαν Αμφιτρυω-
νος· ὁ δ' ολβῳ φερτατος

Idque probo: Ut vulgo ordinantur hæc, non niſi mutando plura, ad Leges Metricas adaptari poſſunt: Eum ſequemur in Antitheticis. 26. Επει και εν χαλκεοις ὁπλοις] Metricus, Το δ, ὁμοιον τῳ β. το δε χαλκεοις, αντι του χαλκοις κατα συνιζησιν: Legit certo certius, Επει εν χαλκεοις ὁπλοις. 27. Τηλεβοας εναρεν, οἱ] Metricus, δακτυλικον τριμετρον καταληκτικον: ρεν, οἱ cæſura, aut olim cum fulcro ſcriptum, εναρέν γ', οἱ: quo pertinere poteſt εναρεν τοι, quod Aldus & Calliergus habent: εναροντι ex eo fingit Rittershuſius; nulla neceſſitate & minus bene: Nam εναρεν ad Ικετο peraccommodum eſt, & perſonam Amphitryonis apte demonſtrat ante οἱ, quod ſic commode ſequitur: Periti vident: Diſtinguendum autem paulo plenius poſt γενεαν, ut Επει apertius ad ſequentia ſeſe referat.

31. Ηρακλεος. Οὐ κατ' Ολυμπον] Metricus, αναπαιστικον Αριστοφανειον, ἡμισυ ακροτελευτου: Verſus Ariſtophanei dimidium & pars poſtrema: ἡμισυ, ακροτελευτον, vel ακροτελευτιον: Ita ſcripſiſſe videtur Magiſter. 32. Αλοχος Ηβα, Τελεια] Colon Pæonicum Dimetrum Hypercatalectum ex Pæone quartò, Cretico & ſyllaba. 33. Παρα ματερι βαινοι-] Anapæſticum Monometrum Hypercatalectum. 34. σ' εστι, καλλιστα Θεων]

Euripideum Trochaicum. 39. ευχορδον εγειρε λυραν] Animum ſuum alloquitur, non Muſam. 42. Δαμον οτρυνει ποτι θυσιαν H-] Colon non habet numeros ſuos: Schmidius non inepte, Δαμον οτρυνει ποτι ταν θυσιαν H-: Articulum tamen non amat alterum ſine articulo ſequens: Et potuiſſet certe melius afferre: Scribendum ſuſpicor, Δαμον οτρυνει ποτι βουθυσιαν H- ρας, αεθλων τε χρισιν: Eo nihil convenientius: Centum enim boves in iſta feſtivitate mactabantur Jovis conjugi: Antiqui Interpretes hic ubique.

45. ευφορων λαθαν πονων] Alii Libri, teſte Scholiaſta, ευφρονων: Utrumque bonum, ſi ειδικως referas ad Thiæum: ευφρονων, *exhilarantium*, propter victoriam & victoriæ præmia: ευφορων, *portatu facilium*, quia non magno labore vicerat luctator ſtrenuus: Simile habuimus Od. 7. Nemeor. V. 107. & ſeq. Poſterius tamen malo cum plerisque Libris: Schmidius hic ineptit ſuo more. 46. Εκρατησε δε, και ποθ' Ελ- λανα στρατον &c.] Locus non recte intelligitur, & non recte ſcribitur: Dicam verbo: Εκρατησε δε και ποθ' Ελλανα στρατον Πυθωνι cohæret, & ποθ' ſcriptum pro ποτε: Sequentia copulat τε poſt τυχα, & legendum proinde Μοισαισιν εδωκ' αροσαι pro Μοισαισι τ' εδωκ' αροσαι: Nihil apertius, ſi verba in ordinem Syntacticum cogas, prout decet: De victoria Pythica nihil in ſequentibus; Iſthmica & Nemea ibi referuntur

runtur ſolæ: Apte, ſi diſtinguas, ut ego diſtinguo: Alias Poëta balbutit: αρσσαι δὲ στεφανῳ, nimis Dithyrambicum eſt, & talia ego probare non poſſum. 51. Τρις δὲ και σεμνοις δαπεδοις Εν Αδρασ∫ειῳ νομῳ] Non deterius legeretur, Τρις δὲ και σεμνοις δαπεδοις Εν Αδρασ∫ειω νομω, ut Doriſmus obſervatus ſit in Libris vetuſtis: εν σεμνοις δαπεδοις Αδραστειω νομω. 53. των μαν ερατα] Ita legendum, aut των μεν γ' ερατα, ne Verſus ægrotet: Scholiaſtes non bene ad initium Odæ, των γε μαν ερατα. 57. Γνωτ' αειδω Θεῳ τε, Χ' ὡς τις αμιλλαται περι] Male habent utraque Cola: Haud dubie legendum,

Γνωτ' αειδω θεῳ τε, και ὡς
Τις αμιλλα∫αι περι

Sic utraque convaleſcunt: θεῳ patitur Synizeſin, & θεῳ τε και ὡς Choriambus eſt bonus: Metricum ſequimur, ut noſti. 59. αεθλων κορυφαις] Recte ſcribunt αεθλων κορυφας. 67. εν α∫γεων Ερκεσιν παμποικιλοις] De thecis, in quibus vaſa figulina oleo repleta ponebantur, recte intelligunt Schmidius & Benedictus: Neceſſariæ erant illæ thecæ, ut figulina tuto in pompa transferri poſſent; eæque, ne decus abeſſet, extrorſum varie erant pictæ & exornatæ, ſymbolis forte, quæ ad ipſam victoriam pertinebant: Hoc fluit ex iſtis, quæ hic habemus, ſi rite accipiantur: Interpretes antiqui nugantur. 69.

Επεται δε Θειαιε μα- τρωων πολυγνωτον γενος ὑ- μετερων Ευαγων τιμα Χαριτεσσι τε και Τυν- δαριδαισι θαμαχις] In his omnes cæcutiunt: Diſtingue, Επεται δε Θειαιε μα- τρωων πο- λυγνωτον γενος ὑμε῎τερων, Ευαγων τιμα Χαριτεσσι τε και Τυνδαριδαισι θαμαχις: & verte, *Ordine vero ſequitur*, poſt te commemoratum, *Maternorum veſtrorum genus illuſtre, honos certaminum verus Gratiis & Tyndaridis ſæpe:* ευαγων τιμα appoſitio eſt ad γενος ματρωων ὑμετερων, & qui egregie certaverant ſæpe in publicis Græciæ certaminibus, dicuntur ευαſων τιμα perquam Emphatice: non τιμηεντες, ſed ipſa τιμη, & τιμη ευαſων: Quibus vero fuerant τιμη & τιμη ευαſων? Χαριτεσσι τε και Τυνδαριδαις: Gratiis & Dioſcuris; quia non robuſte modo, ſed etiam venuſte certaverant, & corporis robori animi lepores adjunxerant omnigenos: De Gratiis apertum eſt; de Tyndaridis ſequitur Epodo tertia: Locus eſt elegantiſſimus nunc & facillimus: De Metro monere reſtat: Τυνδαριδαισι θαμαχις a gemellis ſuis plane divertit: Scribendum eſt, vel Ευαγων τιμα Χαριτεσσι θ' ἁμα Και Τυνδαριδαις θαμαχις, vel Ευαγων τιμα Χαριτεσσι τε και Τοις Τυνδαριδαις θαμαχις: Τοις poſt Χαριτεσσι ἁπλως, ſi ita ſcripſit Poëta, ſibi petiit Metrum. 73. Αξιωθειην κεν, εων Θρασυκλου &c.] In prima perſona hæc commode dicuntur: Pueri vident & ridiculi ſunt Interpretes. 78. τοιο θαλησεν· Κορινθου τ'

εν μυχοις] θαλησεν primam producere poteſt: nam θηλεω pro θαλλω omnes norunt: pro eo Dores θαλεω: Schmidius θαλλησεν a θαλλεω: Si eum ſequi velis, per me licet: Res eſt exigui momenti. 89. θηκεν, δρομῳ Συν ποδων, χερων τε νικασαι σθενει] Συν δρομῳ jungunt vulgo: Minus bene: Jungendum eſt δρομῳ νικασαι, & Συν adverbialiter accipiendum: θηκεν νικασαι δρομῳ ποδων συν χειρων τε σθενει: χερων, an χειρων legas, perinde eſt: Schmidii ineptias non curo, quæ hic iterum ſpiſſæ. 91. 92. Καστορος δ' ελθοντος επι Ξενιαν παρα Παμφανῃ] Scribendum eſt, ut Metro ſatisfiat,

Καστορος δ' ελθοντος επι
Ξενιαν παρ Παμφαῃ,

Sic cum Metrico Epichoriambicum & Jonicum habemus: Pro Παμφανῃ alii omnes Παμφαῃ: quod ab operis forte mutatum.

95. Εſγενες εμμεν αθλη-] Cólon Dactylicum Trimetrum Catalecticum mutilatum eſt ſyllaba: Recte alii Εſγενες εμμεν αεθλη-: Qui αθλη- ſcribebat, εμμεναι ſcribere debuiſſet una: Pueri vident; & εμμεν præſtat. 97. Ευρυχορυ ταμιαι Σπαρτας] Syllabarum menſor recte Ευρυχορυ: De Amphimacro enim cogitare nolo. 101. Και Μαν Θεων πιστον γενος] Ad præcedens ανδρων δικαιων Περικαδαμενοι pertinet. 105. Διι νεμονται, ταν δ' ὑπο κευθεσι γαι- ας] De ſepulchro accipe,

in quo alternis diebus erant fratres, ut alternis diebus erant in cœlo: Paraphraſis non dicit, quod Pindarus dicit: Διϊ νε eſt Tribrachys pro Spondeo, & Synizeſis non requiritur. 106. ας, εν γυαλοισι Θεραπνας] Colon Proſodiacum legere jubet, ας, εν γυαλοις Θεραπνας: Nihil evidentius. 112. Τον γαρ Ιδας, αμφι βουσιν πως χολω- θεις] Languet πως, quod *aliquo modo*, non *forte*, ſignificat hic: An vitium ſubeſt, & legendum αμφι βουσιν πας χολωθεις? *iratus totus*, *iratus toto corpore & toto animo:* Non diſplicet, & Pindari labia reſpirat: Non abſimiliter habuimus Od. 8. præced. απας κινδυνος οψον φθονεροισι: Alia prætereo, neque ignota eſt locutionis indoles: βουσιν abſolute hic ſunt *boves*, non *puellæ*. 113. θεις, ετρωσεν χαλκεας λογχας αιχμᾳ.] Vitium manifeſtum in Verſu Trochaico: Lege, θεις, ετρωσεν χαλκεας λογχας ακμᾳ: Ita alibi etiam erratum, & hic in Pindaro errorem ſimilem ſuſtulimus ſupra. 114. Απο Ταϋγετου πεδαυγαζων] πεδαυγαζων aut ποταυγαζων ſcribendum: utrumque haud dubie in Libris antiquis. 116. Ημενον] Id melius, quam Ημενως, propter Τον γαρ Ιδας præcedens, & αυτικα γαρ Ηλθε Ληδας παις ſequens: Ad loci cohærentiam attende. 119. και μεγα εργον εμνησαντ' ωκεως] Certo certius legendum eſt, και μεγα ερ- γον εμησαντ' ωκεως: Qui dubitat, Helleboro indiget. 124.

τα

τα σταθεν τυμβῳ σχεδον πατρωῳ] Syllaba deeſt Colo Trochaico, & ſcribendum σχεδον πατρωιῳ cum Schmidio. 125. 126. Ενθεν ἁρπαξαντες αγαλ- μα Αϊδα, ξεστον πετρον] Hic habemus Metrum a Magiſtro indicatum, ſi cum aliis ſcribas, μ' Αϊδα, ξεστον πετρον: Pueri vident. 129. Ουδ' ανεσχασαν. Εφορμα-] Amphimacer pro Dactylo, Ουδ' ανεσχ: neque diſplicet: Sed σχασαν εφ Dactylus eſſe non poteſt: An ſcribendum, Ουδ' ανεσχαξαν. Εφορμα-, ut Dorismus ſit neglectus? Hoc veriſſimum mihi videtur, neque de alia ſcriptura cogito. 134. Αμᾶ δε καιοντ' ερημοι] Αμα Pyrrichius eſſe debet, & hic non circumflectendum. 135. Χαλεπα δ' εϛις, ανθρω- ποις ὁμιλειν κρεσσονων] ὁμιλειν ανθρωποις κρεσσονων, & ὁμιλειν κρεσσοσιν ανθρωπων, differunt ne hilum; & ſicuti κρεσσοσιν ανθρωπων eſt *præſtantioribus ex hominibus*, ita ανθρωποις κρεσσονων eſt *hominibus ex præſtantioribus:* Ordo verborum mutatur; ipſa ſententia non mutatur: & unum vulgatius, alterum ſecretius paulo: Hoc certum, ſi attendas, miſſis Interpretibus: Aliud eſt, quod mihi arridet minus in hoc loco: Non cum ſolis hominibus, ſed cum Deorum etiam patre, lis fuit Apharetidis; & ſic γνωμικον hic languet ſane, neque convenit rei: Quare de ſcriptura dubito, & Pindarum dediſſe ſuſpicor, Χαλεπα δ' εριϛ ανθρω- ποις, ὁμιλειν κρεσσοσιν: Sic enim illud κρεσσοσιν ita opponitur alteri

ανθρωποις, ut & homines præſtantiores, & ipſos Deos includere poſſit, atque ita ſe referre ipſo γενικῳ ſuo ad negotium præſens: Hoc quisque videt: Scribi etiam poſſet eodem ſenſu, Χαλεπα δ' ερις, ανθρωπων ὁμιλειν κρεσσοσιν: ſed minus appoſite & minus perſpicue, quia junctum ανθρωπων κρεσσοσιν revera γενικον tollit, & vel ſolos homines, vel ſolos Deos exhibet, utrosque ſeparans: Quare alterum longe præferendum: Si Pindarus voluiſſet, quod Interpretes putant, ανθρωπων ὁμιλειν κρεσσοσιν ſcribere potuiſſet plane, neque id remotius, quam quod circumfertur nunc: Ex quo etiam colligo, aliud voluiſſe Poëtam, & quidem id ipſum, quod commendamus. 139. ασθματι δε Φρισσοντ' αναπνοας κιχειν] Colon Proſodiacum laborat, & quidem miſere: Legendum puto trajecta voce, Φρισσονλα κιχειν αναπνοας: Choriambus quinqueſyllabus eſt pro Choriambo quadriſyllabo: Nihil apertius: De ipſa ſententia dubito, an ſic recte habeat: Nam φρισσειν eſt horreſcere, & non dicit, quod hic dicendum erat: Scis, quid Pindarum ſcripſiſſe ſuſpicor? Dicam: ασθματι δε Φρασσοντα κιχειν αναπνοας: φρασσειν, obſtruere, claudere: Id appoſitiſſimum hic: κιχειν ασθματι Φρασσοντα αναπνοας: invenit ipſo Aſthmate ſpiritum ſibi intercludentem, id eſt, animam non redituram efflantem: Ita ipſa mors adumbratur, quam ασθμα φραττον τας αναπνοας præcedit:

dit: Hoc elegans & naturale. 141. Θερμα δε τεσγων δακρυα στοναχαις] δη pro δε ſine dubio requirit Metrum. 144. Εσσεται πενθεων; και μοι θανατον συν] Ita non male plerique: Nam Spondeus pro Dactylo vel Anapæſto eſſe poteſt: Aldus και εμοι θανατον: Sic ipſe Dactylus vel Anapæſtus adeſt: Neque id deterius ſane. 146. φιλων τατωμενω Φωτι] Rectius legeretur, φιλω τατωμενω Φωτι: Id fratrem hic deſignat commode, & facit ut aptius ſequatur, Παυροι δ' εν πονω πιστοι &c. Idioma facile decepit imperitos & feſtinantes. 152. Σπερμα θνατον, μαλλον τεα πελασσαις] Recte Aldus πελαξαις: Id enim requirit Aſynartetum, ut ſibi bene ſit: Niſi in Dactylico Amphimacrum fumas pro Dactylo: Quanquam ſic πελαξαις pro πελασσαις ſcripſiſſet ipſe Pindarus: Multa in his, quæ minus certa ſunt propter Idioma neglectum: Ea de re alias forte plura: Ad aliorum enim Poëtarum etiam pertinet ſcripta. 153. Εσταξ' ηρως. Αλλ' αγε των-] Scribe ob Verſum, Σταξεν ηρως. 157. Αυτος Ουλυμπον εθελεις] Colon mutilum, quod ego reſtituere non conabor absque Libris antiquis. 159. 160. Εστι σοι μεν τυτων λαχος. Ει δε κασιγνητω περι] Scribendum, ut tandem in hac Epodo poſtrema Metrum etiam ſibi conſtet,

Εστι σοι μεν τυτο λαχος·
Κασιγνητυ δ' ει περι

Et ſic Metricus invenit in Libris ſuis, ſi Scalam ſequamur: Omnes, qui extant hodie, ſunt turbati. 161. Μαργασθαι, παυλων δε νοεις] Veriſſime Aldus Μαρνασαι: Nam Colon Epichoriambicum eſt. 170. Χαλκεομιτρα Καστορος] Ita omnes Libri uno ore: Schmidius tamen Χαλκομιτρα: Nihil ſtultius unquam vidi, ubi homo συνιζησεις ubique crepat, & χαλκεομιτρας uſu receptum eſt: Sed ita ſyllabarum paritatem aliquando amabat bonus, bellum ſibi indicens ipſe.

ODE XI.

Col. 1. Παι Ρεας, ἀγε Πρυτανεια λελογχας, Εστια] Metricus, Πινδαρικον. εστι δε ιαμβελεγος, λειπων τη αρχη. και παλιν ιαμβικον πενθημιμερες, λειπον τῳ τελει, ὁ καλειται αμφιλειπες. επει και εν αρχη και εν τῳ τελει λειπει. Ita Naſutuli, qui ſapere volebant ſupra vulgus: Colon eſt Aſynartetum ex Trochaico Dimetro Brachycatalecto & Jambico Dimetro Acatalecto: Nihil facilius aut ſimplicius: Illud Πρυτανεια λελογχας non intellexit Schmidius: Recte Interpres antiquus: Res eſt nota in hac Literarum luce. 2. Ζηνος ὑψιστυ κασιγνητα και ὁμοθρονυ Ηρας.] Metricus, συνθεσις απο διμετρου τροχαιυ, και ἡμισεος επους: Hoc probo: συνθεσιν vocat, quod nos cum aliis vocamus ασυναρτη-

γαρτητον: Aldus Colon hoc distinguit in duo Cola, & habet,

Ζηνος ὑψιστυ κασιγνητα
Και ομοθρονου Ηρας,

ut prius sit Trochaicum Dimetrum Hypercatalectum; posterius, Anapæsticum Penthemimeres: Neque id improbare possum: Imo mihi placet magis, si ad Colorum numerum attendo, qui in Strophis & Epodis est: Septem enim ad novem videntur melius congruere, quam sex; & quo Strophicorum numerus ad Epodicorum numerum propius accedit, eo convenientior videtur ordo: Non negligemus igitur in sequentibus Aldinam ταξιν. 3. Ευ μεν Αριστα γοραν δεξαι τεον ες θαλαμον] Metricus, επος παρα συλλαβην: Malo Prosodiacum Tetrametrum Catalecticum: Periti vident. 5. Οι σε γεγαιρονλες ος-] Metricus, χοριαμβικον διμετρον καταληκτικον: Apte: Alterum, η πενθημιμερες δακτυλικον πλειοναζον μια συλλαβη, ineptit plane. 6. θαν φυλασσοισι τενεδον] Cum Aldo scribe φυλασσοισιν: Nam Colon est Epichoriambicum Dimetrum Acatalectum: Et sic recte Metricus. 8. Πολλα δε κνισσα. Λυρα δε σφιν βρεμεται και αοιδα] Aldus duobus Colis,

Πολλα δε κνισσα. λυρα δε σφιν
Βρεμεται, και αοιδα,

Eo,

Eo, quo diximus, Metro. 9. Και Ξενιε Διος ασκειται θεμις αενναοις] Lege αιεναοις, ut Proſodiaco bene ſit: αεναοις vix primam producere poteſt: Eadem eſt ratio Dactylici. 11. Δυωδεκαμηνον περα-] Scribendum vel Δωδεκαμηνον, vel Δυοδεκαμηνον: Poſterius reſolvit Choriambum, & quadriſyllabum quinqueſyllabum efficit. 12. σαι, συν α-τρωτῳ καρδιᾳ] Ita recte Aldus: Omnes alii male καρδιᾳ: Nam ſic Choriambicum perit. 17. Μορφᾳ παραμευσεται αλλων] Metricus, Ιωνικον διμετρον ὑπερκαταληκτον: Tale poteſt eſſe Colon hoc Epodi primæ; ſed talia eſſe non poſſunt Cola Epodorum ſequentium: Errat igitur Metricus, & Colon eſt Proſodiacum Dimetrum Hypercatalectum; παραμευσεται αλλων mihi perquam ſuſpectum eſt iſta Syntaxi: Scriptum videtur olim αλλως pro αλλους Dorice, indeque enatum αλλων. 19. στευων επιδειξειν βιαν] Jonicum Dimetrum Acatalectum purum. 20. Θνατα μεμνασθω περιστελλων μελη] Metricus, Το η, ὁμοιον τῳ πρωτῳ της στροφης: Nihil falſius; ſed ſcribæ loquuntur: Ipſe Metricus dederat, ὁμοιον τῳ τεταρτῳ της στροφης: quod, ut hoc, Trochaicum eſt Trimetrum Catalecticum. 23. Και μελιγδουποισι δαιδαλθεντα μελιζεμεν αοιδαις] Aldus iterum,

Και μελιγδουποισι δαιδαλθεν-
τα μελιζεμεν αοιδαις,

Me-

Metricus in Scala ad hoc Colon reſpiciens, ἡ δε αποδοσις το, αοιδαις, ᾠδαις ποιει: quod duriſſimum certe eſt, neque probare poſſum: Ipſe Pindarus ſcripſit, opinor, μελιζειν αοιδαις: In Libris quibusdam forte fuit μελιζεμεν ᾠδαις, & ex iſta diſcrepantia annotata, quod nunc circumfertur vulgo: δαιδαλθεντα ad Αρχεσιλαν referendum, de quo præcedit: De filio Ariſtagora ſequitur: Ad cohærentiam verborum attende; nihil certius: Interpretes tamen aliter. 27. Και μεγαλαυχει παγκρατιῳ] μεγαυχει legendum eſſe puer videat numerans. 29. Εσχον εν Πυθωνι πειρασθαι και Ολυμπια αεθλων] Hic mutilus fuit Codex, ex quo Aldus Pindarum edidit: Nam a γονεων ad Ναι μα tranſit, relicto tamen ſpatio duorum στιχων: Quare dubitandum non eſt, quin in illo Codice Cola iterum fuerint duo ad hunc modum,

Εσχον εν Πυθωνι πειρασθαι
Και Ολυμπια αεθλων.

30. Ναι μα γας ορκον] *Per ipſam jurisjurandi religionem:* Ita optime Schmidius; & notandum. 36. Κωμασας, ανδησαμενος τε κομαν εμπορφυρεοις] Rectiſſime Aldus & Calliergus, κομαν εν πορφυρεοις: Pleonasmum ipſi pueri tenent: εμπορφυροις, ne ſcilicet ſyllaba abundaret, eſt a mellitiſſimo Schmidio.

38. Τον μεν κενοφρονες αυχαι] Scholiaſtæ κενεοφρονες Colon Proſodiacum aperte ſibi requirit.

rit. 43. Συμβαλειν λιαν ευμαρες ην, το, τε Πεισανδρω παλαι] Aut αν in λιαν corripuit Pindarus, aut legendum eſt Συμβαλειν μαν ευμαρες ην, ut Verſu bene ſit: Tertium non datur: Id animadvertunt ſtatim periti: Et malo poſterius, quia lapſus eſt facilis, & ſic nihil novatur: Schmidius in λιαν Synizeſin adhibet: Nonne egregie, præſertim ſi ad præcedentia attendas? 44. Αἰμ' απο Σπαρτας· Αμυκλαθεν γαρ εβα συν Ορεστᾳ] Aldus eodem tenore,

Αἰμ' απο Σπαρτας· Αμυκλαθεν
Γαρ εβα συν Ορεστᾳ.

45. Αιολεων φρατιαν χαλκεντεων δευρ' αναγων] Schmidius ſyllabas numerans χαλκεντεα: Dicam: Si Proſodiacum ſumas, ita neceſſario legendum: ſi Dactylicum, εντεων Spondeus eſt bonus, qui Dactylo recte opponitur: Et ſic apparet, quo jure homo vocem mutavit: Si propter mutationem iſtam leviculam Metricum ſequi malis, per me licet, id facias: Vitio enim revera caret ejus dimenſio.

49. Αμφεροντ' αλλασσομεναι γενεαις ανδρων σθενος] αμφεροντ' ενεργητικως accipio: αμφεροντι σθενος, αλλασσομεναι γενεαις ανδρων: Sic accommodatius eſt ſequens de arboribus & arvis.

50. Εν σχερῳ δ' ουτ' ων μελαιναι καρπον εδωκαν αρουραι] Aldus hic etiam duobus Colis,

Εν σχερῳ δ' ουτ' ων μελαιναι καρπον εδωκαν αρουραι·

εν σχερῳ rectum eſt, & ita legendum: εν χερῳ peccat: σχεω, σχερος, ut κρατεω, κρατερος; οχλεω, οχληρος; οδυναω, οδυνηρος; ισχυω, ισχυρος, & alia id genus multa, quæ in ρος deſinunt: σχερον, continuum, perpetuum, εχομενον: εν σχερῳ, continuo, perpetuo, εχομενως: Heſychius, Σχερον, κυμα ἑτοιμον, Αμεριας: Diſtinguendum, Σχερον κυμα, ἑτοιμον, Αμεριας: σχερον eſt adjectivum, & σχερον κυμα Ameriæ κυμα ἑτοιμον, quod ordine continuo volvitur & ſic ἑτοιμον eſt naviganti: Idem Heſychius, Σχερος, ακτη, αιγιαλος: ubi σχερος etiam cum ακλη copulandum eſt adjective: Nam σχερος ακλη alicubi αιγιαλος, vel quia continua, vel quia firma eſt mari, idque inhibet ac repellit: Homeri επισχερω notum eſt vulgo: Pro eo etiam malim επι σχερῳ, ut vocis indoles ſit manifeſtior: επισχερῳ junctum ut alia, & ſic litera ſubſcripta neglecta uſu: Heſychius, Ισχερω, ἐξης: Id eodem pertinet: ισχω, ισχεω, ισχερος: ισχερῳ pro εν ισχερῳ: Supra habuimus in hor. Nemeor. Od. 1. V. 106. να τον ἀπαυλα χρονον σχερῳ: Pro eo, ſi præpoſitionis μεταθεσις tibi non diſpliceat, legere etiam potes, να τον απαντα χρονον σχερῳ εν. 51. Δενδρεατ' ουκ εθελει πασαις ετεων περιοδοις] Abundat ſyllaba: Schmidius eam reſecans, πασαις ἐλεων περοδοις ſcri-

ſcribit: Nihil ineptius: Quis ita locutus unquam? Aut πιο contrahendum in unam ſyllabam, aut legendum πασαις ετεων παροδοις, vel πασαις ετεων προοδοις, niſi tertium adhuc præferas, πασαις ετεων προσοδοις: quod duobus aliis revera non deterius: Et unum illorum videtur certe ſumendum: Nam duriſſima eſt Synizeſis; quanquam ſimiles non deſunt, etiam apud Hephæſtionem in Enchiridio. 52. Ανδος ευωδες φερειν, πλουτῳ ισον] πλουτῳ ισον, *eadem copia, iisdem divitiis:* Locutio eſt Pindarica, & Comma poſt φερειν tollendum: Nam ανδος ευωδες πλουτῳ ισον cohæret. 54. Θνατον ουτω σθενος αγει] Colon ægrotat, & non niſi difficulter curari poteſt: Credo, vocem pro voce irrepſiſſe, & olim fuiſſe in Libris, Θνατον ουτω ισχυι αγει: Θνατον ισχυν, ut alia id genus plura: Θναταν non tuliſſet Metrum: σθενος præceſſit, & in eadem voce hæſiſſe Pindarum minus probabile: Sic tamen ab imperitis potuit hoc pro illo ſcribi, accedente generis diſcrimine: Levius & facilius medicamen non ſuppetit mihi: Nam σθεινος pro σθενος ſcripſiſſe Poëtam, ut Metro ſatisfaceret literam interponens, vix veriſimile eſt profecto: Quanquam in στεινος pro στενος, aliisque gemellis id factum non ſemel: Sed eorum exempla, non hujus: Videtamen & judica: Ego nihil ſtatuo.

NO-

NOTAE IN ISTHMIA.

ODE I.

Col. 3. Θασομαι. Μη μοι κραναα νεμεσασαι] Metricus, poſtquam Jambelegum dixerat, addit, γεγενηται δε και παρα το Σαπφι οι συσ∫ειλαν την παρατελευτον, πλεοναsαν μιαν συλλαβην: Et hæc alia eſt metiendi ratio: Sapphicum cum penultima correpta eſt, Θασομαι· μη μοι κραναα νεμεσα: νεμε Pyrrhichius eſt pro Jambo; & hoc eſt συσ∫ειλαν την παρατελευ∫ον: σαι ſyllaba accedens explicat πλεοναsαν μιαν συλλαβην, vel ut legendum potius, πλεοναsαν μια συλλαβη. 5. Κεδνων τοκεων αγαθοις] Aldus τοκηων: Recte etiam ad Metrum.

6. Ειξον ω 'πολλωνιας. Αμφοτεραν τοι χαριτων] Metricus, Πινδαρικον. εκ Σαπφικυ πλεοναsαν χοριαμβω. και συστειλαν την παρατελευτον: In Colo tertio una ſyllaba redundat: in hoc ſyllabæ redundant quatuor, quæ Choriambum conſtituunt: Ita Magiſter: Quod dixi ad Colon primum Odæ præcedentis, hic etiam dico: Ita Naſutuli ſuo acumine; quod plumbeum revera: Colon eſt Aſynartetum ex Trochaico Dimetro Brachycatalecto & Choriambico Dimetro Acatalecto: Nihil planius aut facilius: Pro αμφοτεραν vel αμφο-

τερων Aldus αμφοτεροις: quod ex αμφοτεραιν forte natum. 16. Φριξαν κυνες] Metricus, ιαμβικον μονομετρον, καταληκτικον, δυο συλλαβαις: Illud καταληκτικον, δυο συλλαβαις huc non pertinet, & referendum ad præcedens, η πεντα μετρον καταληκτικον δακτυλικον: Multa in his corrupta & turbata. 17. 18. Αλλ' εγω Ηροδοτῳ τευχων Το μεν ἁρματι τεθριππῳ γερας] Colon primum eſt vel Dactylicum Hepthemimeres, vel Proſodiacum Dimetrum Hypercatalectum: Alterum, vel Anapæſticum Dimetrum Catalecticum, vel Jambicum Dimetrum Acatalectum: Metricus, Το γ, δακτυλικον τριμετρον, ακαταληκτον. Το δ, δακτυλικον τετραμετρον βουκολικον: Ex quibus apparet, eum in Libris ſuis hæc ita inveniſſe diſpoſita,

Αλλ' εγω Ηροδοτῳ τευ-
χων το μεν ἁρμαλι τεθριππῳ γερας,

Idque rotundius mihi videtur, & non negligemus in ſequentibus. 19. Ανια τ' αλλοτριαις ϑ] Metricus, δακτυλικον, πενθημιμερες: Vitium manifeſtum: Scribendum δακτυλικον τριμελρον: quod ab imperito mutatum: Pro Ανια τ' rectius legeretur Ανια δ', ad μεν præcedens. 20. Χερσι νωμασαντ, εθελω] Metricus, τροχαϊκον, η επιτριτος: Locus eſt vel corruptus vel mutilus, & ſcribendum vel τροχαϊκον επιτριτον, vel τροχαϊκον, η επιτριτος συν χοριαμβῳ: Prius Trochaicum Hepthemimeres deſignat; poſterius, Epichoriambicum Dimetrum Acata-

catalectum cum Syzygia Trochaica ἑπτασημῳ ſeu Epitrito ſecundo. 21. Η Καστορειῳ η Ιολαυ εναρ-] Metricus, ιαμβελεγος: Ineptit bonus: Vide modo Antithetica, quæ peſſime neglexit: Colon eſt Epionicum Trimetrum Acatalectum, cum Syzygia Jambica ἑπτασημῳ. 24. λαται Λακεδαιμονι και Θη-] Metricus, προσοδικον ἐνδεκασημον, ενδεον συλλαβῃ, του Αρχιλοχειυ. η τυ, Ερασμονιδη χαριλαε: Verba ſunt male diſtincta: Diſtingue, προσοδικον ενδεκασημον ενδεον, συλλαβῃ τυ Αρχιλοχειυ, η τυ, Ερασμονιδη χαριλαε: προσοδικον ενδεον eſt λαται Λακεδαιμονι και, quia Pæon ſecundus eſt pro Jonico: Θη eſt ſyllaba accedens ex Archilocheo; & iſta ſyllaba fit ipſum Archilocheum: συλλαβῃ igitur pro συν συλλαβῃ: In Antitheticis eſt ipſe Jonicus, & ſic πληγες ibi προσοδικον δωδεκασημον cum ſyllaba: Variatio licita, & alibi jam obſervata. 26. Εν τ' αεθλοισι θιγον πλειστ]ων αγωνων] πλειστοι αγωνες εν αεθλοις, *certamina, in quibus præmia proponuntur, plurima:* certamina in præmiis, certamina cum præmiis, certamina *præmiata*; venia ſit verbo: Interpretes non intelligunt: Similiter ἱππους εν πτεροισιν pro ἱππυς πτερωτυς habuimus in Od. 1. Olymp. 31. Εν τε γυμνοισι σταδιοις] Curſus haud dubie intelligendi ſine armis: Nam armati ſequuntur per oppoſitionem. 34. Και λιθινοις ὁποτε δισκοις ιεν] Colon habet numeros ſuos: Nam Encomiologicum eſt, ut Metricus mo-

net, & poſtrema in ὁποτε non peccat, quia ſyllaba eſt ad Penthemimeres Dactylicum pertinens: Periti ſciunt, & nihil certius: Colon etiam Proſodiacum Trimetrum Catalecticum eſſe poteſt: Iſtam menſuram ſi præferres, ὁποτε manere non poſſet, & in ὁποτ' αν tranſire deberet: Id perſpicuum: Sed de Proſodiaco non neceſſe ut cogitemus; & ſic nihil mutandum: Syntaxeos & ipſius ſententiæ alia eſt ratio; eaque laborat, & mutationem certe deſiderat: Ut brevis ſim, ſcribendum opinor plane, Οἱα τε, χερσιν ακοντιζοντες αιχμας Και λιθινους ὁπολε δισκους ἱεν! Οἱα τε pro Οἱα τε ην, Ellipſi nota & vulgari: Sic verba ſunt manifeſta plane. 39. παρ' Ευρωλα] Recte: Male quidam παρ' Ευρωτα: Διχας τε και Ευρωτα cohæret, & pendet a παρα ρεεθροισι. 42. Τυνδαριδας δ', εν Αχαιοις ὑ- ψιπεδον Θεραπνας οικεων ἑδος] Cum Metrico malo,

Τυνδαριδας δ', εν Αχαιοις
Υψιπεδον Θερᾳπνας οικεων ἑδος.

46. Ογχηστιαισιν τ' αϊονεσσιν περι-] αϊονεσσιν requirit Metrum Epionicum; Aldus & alii male αϊονεσσι: Sic Jambelegus exit, quem ſequentes Epodi non admittunt. 51. Ορχομενοιο τε πατρωαν αρουραν] Adſentior illis, qui Aſopodorum Herodoti patrem, Orchomenium fuiſſe ſcribunt: Id enim πατρωαν αρουραν confirmat aperte: Civis factus Thebis, ge-

genuit Herodotum, qui ſic Thebanus.

52. ερειδομενον ναυαγιαις] ναυαγιαις recte tuentur Editores Angli: Ita Pindarus pro ναυαγιοις reconditius & Pindarice. 58. Ει δ' αρετα κατακειται πασαν οργαν Αμφοτερον &c.] Locus, quem non intelligunt Interpretes: Dicam tribus verbis: κατακειται eſt *proſtat, propoſita eſt, expoſita eſt:* Et verba vertenda, *Si vero virtus in omni eo, quod quis appetit, & ſumtibus ſimul & laboribus expoſita ſit*; ut comparari poſſit, ſi quis & hos & illos adhibeat; *oportet certe eum, qui virtutem ſic invenerit ſibique comparaverit, laudare* &c. δαπαναις τε και πονοις eſt dandi caſus, qui verbo κατακειται apponitur eo ſenſu, quo præmium dicitur κατακεισθαι αθλουντι: Sic nihil accommodatius aut planius. 62. Κουφα δοσις ανδρι σοφῳ] Alii δοτις: quod ego neſcio, an adeo rejiculum ſit, præſertim in Lingua Dorica: Videndum.

67. Μηλοβοτα τ', αροτα τ', ορνι- λοχῳ &c.] Rectius Metricus,

Μηλοδοτα τ', αροτα τ', ορ-
νιλοχῳ τε, και ὀν πονλος τρεφει.

71. Ος δ' αμφ' αεθλοις, η πολεμιζων, αχη-] Illud πολεμιζων Jambelegum ablegat longe, & Epionicum ſibi requirit plane: Et ſic ενδον νεμει etiam in Epodo poſtrema. 73. Ευ αγορηθεις κερδος ὐ-] Ita omnes peſſime: Nam ſic Colon Jambicum crurifragium patitur: Scribe

junctim, Ευαγορηθεις κεδος ὑ-: ευηγορεω, commune: Inde Doricum Ευαγοϛηθεις: Nihil apertius.

86. Ηϱοδοτῳ επορεν ἱπποις] *Herodoto dedit equis:* ἱπποις, ut ἁρματι, eſt pro inſtrumento: Et hoc longe ſignatius, quam Ηϱοδοτῳ επορεν ἱπποις. 88. Υμνος. Η μαν πολλακι και το σεσωπαμενον ευ-] σεσωπαμενον pro σεσιωπαμενον dixiſſe Græcos, cras credam, non hodie: Non eſt dubitandum, quin legi debeat σεσιωπαμενον, quod patitur Synizeſin in ſyllaba ſecunda & tertia: Simile exemplum in Verſu Menandreo; aliaque id genus extiterunt plura, in Libris etiam deperditis haud dubie: Si πϱιοδοις Od. Nemeor. præced. retinere velis, exemplum ibi quoque aliud: Erunt, qui pro σεσιωπαμενον ſcripturi ſunt σεσιγαμενον: ſed illorum audaciam non ſequar abjecta Synizeſi, & contemto omnium Librorum conſenſu, quos conſtanter exhibuiſſe σεσιωπαμενον, probat ipſa detractio literæ, a naſutis Grammaticis facta: Supra in Olymp. Od. 13. V. 130. pro Διασιγασομαι αυτῳ μοϱον, Aldus, ut vidimus, legit Διασωπασομαι οἱ μοϱον εγω: Ibi a barbatulis & verbum & alia adjuncta videntur audaciſſime mutata, ne ſyllabæ paulo liberius diſcreparent: Inde enim interpolationes haud dubie violentæ in Pindaro: Hic nihil, quod miſellorum audaciam provocabat: Verbo noto, ne exemplo iſto abutantur Critici inficeti: quorum ſeges eſt & fuit ſemper læta. 92. Πιεϱιδων,

ετι και Πυθο- ϑεν, &c.] Scribe ad mentem Metrici,

Πιεριδων, ετι και Πυ-
ϑωθεν, Ολυμπιαδων τ' εξαιρεϊοις

Πυθοθεν & Πυθωθεν utrumque dicitur: συστολην respuit Metrum ita digestum. 94. Αλφεου ερνεσι] Illud ερνεσι non magis pertinet ad Αλφεου, quam ad Πυθωθεν: χειρα Φραξαι εξαιρετοις ερνεσι Πυθωθεν, Ολυμπιαδων τ' Αλφεου: Ita cohærent verba.

ODE II.

Col. 1. Οι μεν παλαι, ω Θρασυβουλε] Metricus, προσοδιακον καταληκτικον: Vitium manifestum: Scribe προσοδιακον ὑπερκαταληκτον: Dimetrum enim est tale, & το, διμετρον etiam excidit forte. 2. Φωτες, οἱ χρυσαμπυκων] Ita Schmidius: Alii ante eum, Φωτες, ὁσοι χρυσαμπυκων: Ineptit more suo. 3. 4. Ες διφρον Μοισαν εβαινον, Κλυτᾳ φορμιγγι συναντομενοι] Metricus, Το γ, τροχαϊκον εφϑημιμερες. Το δ, Πινδαρικον εκ Σαπφικε: Legit & invenit in Libris suis,

Ες διφρον Μοισαν εβαι-
νον, κλυΐᾳ φορμιγγι συναυλομενοι,

Sic enim mensuram istam habemus, bonam & in Pindaro obviam: Libri nostri variant, & nunc hanc, nunc illam, quæ in hac Editione est, exhibent: Ea vero est a Schmidio,

qui Metricum non intelligens, pro antiqua ſumſit novam: Sic Colon primum eſt Trochaicum Dimetrum Acatalectum: Alterum, Anapæſticum Dimetrum Acatalectum cum Jambo in principio: Nos antiquam reducemus ubique.

9. Α Μοισα γαρ ϑ φιλοκερδης Πω τοϊ' ην, ϑδ' &c.] Quid videtur? Nonne calumniatores ſunt peſſimi, qui optimo & generoſiſſimo Vati φιλοκερδιαν ſordidam exprobrare audent, hæcce legentes contra inimicos vitio iſto inquinatos data opera haud dubie ſcripta? Pro Πω τοτ' ην hic etiam cum Dactylo quidam Πω τοτε εν. 15. Νυν εφιητι δε τ' Ωργειου φυλαξαι] Ita Schmidius correxit ſyllabas numerans: Scribere etiam potes, ut Encomiologico bene ſit, Νυν δ' εφιητι γε τ' Ωργειϑ φυλαξαι, vel Νυν δ' εφιητι τω Αργειου φυλαξαι: τω pro τϑ: Idioma ſæpe decepit ſcribas, & ubique neglectum eſt varie. 18. Ος φα, κτεανων Ϝ' αμα λειφϑε και φιλων] Illud λειφϑε eſt a Schmidio: Omnes Libri ante eum conſtanter λειφϑεις: Non poterat ineptius: Nam ut nihil aliud dicam, Syntaxin perdidit, ut Metro ſuccurreret, quod ſanum & intemeratum eſt: Dicam verbo: Colon eſt Aſynartetum ex Anapæſtico Dimetro Brachycatalecto, & Monometro Jambico: quod promiscue & Dijambum & Epitritum tertium admittit: Hic Epitritum tertium habemus; in duobus aliis oppoſitis habemus Dijambum; vel in ſecundo ſaltem: Nam tertium

am-

ambiguum eſt: Nihil evidentius aut certius: Ne tangas igitur λειφθεις, & mutata diſtinctione ſcribe, χρηματα, χρηματ' ανηρ, Ος φα, κλεεννων θ' ἁμα λειφθεις και φιλων. Ος φα λειφθεις pendet a τ' Ωργειω, ipſaque Parœmia; & peſſime illa divelluntur σλιγμη τελειᾳ: Fueri vident: Metricus Colon Πινδαρικον vocat: Quale ſcilicet ſibi confinxerat Pythior. Od. 1. V. 6. & 31. Ego ejusmodi Proſodiaca non probo; & monui ibi. 19. Εσσι γαρ ων σοφος, εκ αγνωτ' αειδω] Hæc vitio contrario peſſime copulantur cum ſequentibus: Diſtinguendum eſt τελεως poſt αειδω: Et hæc cum Emphaſi Thraſybulo dicit, cui non ignota erat Muſa illa venalis, ut ſic acrius adverſarios & eorum ſordes inſectaretur: Nihil apertius, aut convenientius: Vide tamen, quid boni Interpretes, quorum me miſeret pudetque: Mox novo plane ſpiritu ad rem accedit, & animo exultante canit, Ισθμιαν ἱπποισι νικαν, Ταν Ξενοκρατει Ποσειδαων &c: Et in his error eſt ſcripturæ, quem olfacere poſſunt omnes, qui nares modo admovent propius paulo: Scribe, & ſcribe ocyus, Ισθμια δ' ἱπποισι νικα· Ταν Ξενοκρατει Ποσειδαων οπασαις, Δωριων &c. *Iſthmia eſt victoria currulis, quam ego celebro; quam præbuit Neptunus Xenocrati!* Locus eſt elegans, & vere Pindaricus: αγνωτ' eſt αγνωλα, non αγνωλι: Metricus Colon iſtud Παξιλλειον vocat: In quo pro tribus Dactylis ſic ſunt duo

Dactyli cum Spondeo: Poteſt etiam eſſe Encomiologicum, neque id deterius.

23. Πεμπειν αναδεισθαι σελινων] Ita Schmidius, ut in Trochaico haberet Anapæſtum Anapæſto oppoſitum: Ride: Libri omnes ante eum ανδεισθαι. 26. Εν Κρισᾳ δ' ευρυσθενης α-

δ' Απολλων &c.] Scribendum cum Metrico,

Εν Κρισᾳ δ' ευρυσθενης
Εἰδ' Απολλων μιν, πορε τ' αγλαϊαν.

28. Και τοθι κλειναις &c.] τοθι hic ſine dubio de tempore dicitur: Ita & ποθι ſumitur aliquando. 33. Νωμε πασαις ἁνιαις] Ita Schmidius, quem Editores ſunt ſecuti: In aliis antea Νωμᾳ & Νωμα: quæ Metro Trochaico vim inferunt: Non aſpernarer Νωμε, ſi ſcirem Græcos ita locutos: Quod neſcio ſane, & vix credo: Quid neceſſe, ad adeo incerta recurrere, ubi aliud certum ſe offert ſtatim: Scribe, & ſcribe meo periculo, Νειμε πασαις ἁνιαις: A νεμω eſt νειμε, ut ipſi pueri ſciunt; & χειρα νειμε πασαις ἁνιαις longe ſyncerius, quam χειρα νωμε vel νωμᾳ πασαις ἁνιαις: Id ſciunt etiam ipſi pueri: Per Nicomachum victoriam Athenis curru reportaverat Xenocrates. 34. Ον τε και καρυκες ὡραν

Ανεγνων, &c.] Scribe, ut in Libris ſuis ſcriptum vidit Metricus,

Ον τε και καρυκες ὡ-
ραν ανεγνων, σπονδοφοροι Κρονιδα

Ον

Ου τε, Ξενοκρατην. 42. ἐν' ἀθανατοις Αινησιδαμω Παιδες εν τιμαις εμιχθεν] ἀθανατοις etiam *diis* exponi poteſt, poſitum abſolute: Horatii *Dis miſcent ſuperis* quis ignorat? 44. Και γαρ ουκ αγνωτες ὑμιν εντι δομοι Ουτε κωμων &c.] αγνωτες eſt *ignaræ*, & αγνωτες κωμων arcte cohæret: Vide Benedictum, qui hæc, & ſequentia, Ου γαρ παγος &c, recte explicat. 49. Ει τις ευδοξων ες ανδρων Αγοι τιμας &c.] Scribe iterum cum Metrico,

Ει τις ευδοξων ες αν-
δρων αγοι τιμας Ελικωνιαδων.

55. Ιπποτροφιας τε νομιζων Εν Παναλλανων νεμω] Equos alere inſtituens eo, quo omnes Græci *ſolent*, *modo:* Optimum eſt νομιζων, ut ſciunt omnes, qui Græce ſciunt: Apage, apage Schmidii κομιζων. 57. Και θεων δαιτας προσεπτυ- κτο πασας· ουδεποτε ξενιαν] Antiqua ταξει hic etiam ſcribendum,

Και θεων δαιτας προσε-
πτυκτο πασας· ουδεποτε ξενιαν

Pro ξενιαν Aldus & Calliergus ξενιοις: quod cum εμπνευσαις cohæreat: Non inepta eſt lectio; præſtat tamen ξενιαν ad αμφι τραπεζαν: ουδεποτε ασυνδετως, non diſplicet, ſed ubi ad præcedentia attendo, non deterius hic ſcripſiſſet Poëta κ' ουδεποτε, cum copula: An excidit forte? 65. Μηδ' αρετας ποτε σιγαλω πα-

πατρῴαν] Recte σιγατω de Thraſybulo, non σιγασον; quia ſequitur mox, Ταυτα Νικασιππ' απονειμον, ὁταν &c. 67. Ουκ ελινυσσοντας αυτους ειργασαμην] Hic etiam, ut Nemeor. Od. 5., malo ελιννυσοντας: Schmidius facit, quod ſolet. 69. Ξεινον εμον ηθαιον ελθης] ηθαιος pro ηθειος Dores, ut teſtatur Etymologici M. Auctor: Fruſtra igitur hic verba perdunt Interpretes: ηθειος commune, ab ηθος etiam deduco, non a ϑειος præpoſito η: Plura alibi.

ODE III.

Col. 3. Η σθενει πλουτου, κατεχει] Metricus, τροχαϊκον επιτριτον: ſive ἐφϑημιμερες cum Dactylo in loco tertio: Colon etiam poteſt eſſe Epichoriambicum Dimetrum Acatalectum. 4. Φρασιν αιανη χορον] Metricus, ανακλωμενον Ιωνικον, διμετρον ακαταληκτον: Vitium apertum: Scribe διμετρον καταληκτικον.

8. οπιζομενων] σε: ad Ζευ præcedens.

14. Χαριτεσσι βαστασαι] Peſſime Schmidius contra Libros omnes, Χαριτεσσιν βαστασαι: Sic ανακλασις eſt nulla: Eam non intellexit bonus. 18. τα δε κοι- λα λεοντος &c.] τα δε pro καλα τα δε: *ſimiliter*, *eodem modo*, Et diſtinguendum paulo plenius poſt στεφανους: Nam καρυξε aliam conſtructionem inducit, & non poteſt arcte cum præcedentibus copulari: Id vident omnes: Locus eſt paulo intricatior, & ſcribendum fere ſuſpi-

cor

cor, Εστι δε και διδυμων αεθλων Μελισσῳ Μοιρα, προς ευφροσυναν τρεψαι γλυκειαν Ητορ· εν βασσαισιν Ισθμιῳ Δεξαμενος στεφανους ταδε, κοι- λᾳ λεοντος εν βαθυστερ- νῳ ναπᾳ, καγυξε Θηβαν Ιπποδρομιᾳ κρατεων. Nunc Isthmia vincens, antea Nemea vicerat Melissus: ταδε, τονδε χρονον, *nunc*, *hoc tempore*: Verba & verborum structura commode satis indicant victoriarum & temporis successionem: Si legeretur, Ητορ· εν βασσαισιν Ισθμιῳ Δεξαμενος στεφανους, ταδε κοι- λᾳ λεοντος εν &c, Nemea vicisset nunc post Isthmia, & Oda non ad hanc, sed ad Nemeorum classem pertineret: quod opportunum minus & conveniens in Odarum, qui nunc obtinet, ordine. 22. Ανδρων δ' αρεταν] Metricus μονομετρον Ιωνικον, η αναπαιστικον: Recte: Utrumque Monometrum; sed Anapæsticum ακαλαληκτον, Jonicum ὑπερκαταληκτον: Moneo rudiores. 23. Συμφυτον ου κατελεγχει] Metricus, διμετρον δακτυλικον ακαταληκτον: Imo τριμετρον: Et ita corrige. 26. Και μαλλοδεν Λαβδακιδαισι] Metricus, ὁμοιον τῳ, Ερασμονιδη χαριλαε: Certo certius igitur legendum, Και μαλροδε Λαβδακιδαισι: Pueri vident: μακροθε a scribis est, non ab ipso Poëta.

27. πλουτου διεστι- χον τετραορίαν πονοις] Divites evasisse Melissi majores quadrigarum certaminibus, hæc dicunt: Quo jure, ego non adsequor: Nisi ἡνιοχοι fuerint, qui quadrigas pro aliis agitabant, eoque pecuniam sibi

ſibi comparaverant plurimam: Quod tamen minus honorificum, & minus etiam probabile: Scripturæ mendum forte deliteſcit, & legendum eſt, Και μαθροθε Λαβδαχιδαισι Συνομοι, πλουτῳ διεστιχον τετραοριαν πονους: *divitiis ſuis perambularunt quadrigarum labores:* Sic ἱπποτροφους habemus, & divitiæ, ad ἱπποτροφιαν neceſſariæ, abeſſe non poſſunt: Hoc autem egregium, & vel inprimis memorandum: Quid ais? Vitium pronum eſt, & ex Idiomate originem ducit, quo millies ſeducti ſunt ſcribæ: Ipſum διεστιχον πονους etiam magis tibi placebit, credo, quam διεστιχον πλουτον vel πλουτου: τραορι vel Dactylus eſt vel Tribrachys.

ODE IV.

Col. 1. Εστι μοι Θεων εκατι] Ineptiſſime ineptiſſimus Schmidius, Εστι μοι των Θεων εκατι: Nam Spondeus & Trochæus licite variant: Ita hic ubique miſer: Verbo repeto, ne decipiantur rudiores. 4. Γαρ εφανες Ισθμιοις] Colon Jonicum αναχλωμενον requirit, Γαρ εφανας Ισθμιοις: Nam media in εφανες ſine dubio corripitur: Schmidius ſuo more ineptiens, Γας εφανας εν Ισθμιοις: Sic αναχλασις non modo tollitur, ſed etiam Jonicus quinqueſyllabus inducitur cum Ditrochæo acciſo: Quid faciebat, eum neſciviſſe credo ipſum: Aldina hic longe aliam lectionem habet:

bet: Legit enim, Γαρ εφανες αρετας Ευφροσυναισι κλυταις ὑμνων διωκειν: Encomiologicum bonum eſt, ſed Jonicum pravum: An in Libris quibusdam fuit Γαρ εφανες αρ' αρετας? αρα primam habet ancipitem, & ſic poſt Jonicum quinqueſyllabum ſequitur Jonici pars major, neque hic ανακλασις fuit in Libris iſtis: Non diſplicet ſuſpicio: Et in ανακλασει variant etiam ſequentia Antithetica: Videbimus progredientes. 14. Κελαδενναις τ' ορφανοι] Hic pro Jonico αναχλωμενῳ eſt Jonicum rectum cum Ditrochæo. 16. φθιμενων τε φωτων] Perperam ζωων hic omiſſum eſt ante τε, idque Latina etiam Verſio ignorat. 19. Ανορεαις Δ', εσχαλαισιν οικοθεν στα- λαισιν ἁπτονθ' Ηρακλειαις] εσχαταισιν non male etiam cum ανορεαις jungi poteſt: ἁπτεσθαι hic non eſt *tangere*, ſed *jungi*, *nexti*: Et Pindarica eſt locutio. 21. Και μηκετι μακροτεραν Σπευδειν αρεταν] Subaudiendum εστι: μηκετι μακροτεραν αρεταν σπευδειν εστι: σπευδειν pro σπευδε vix placet hic, ubi verborum Syntaxis eſt generalior: Sed an ipſe Poëta forte ſcripſit, Και μη κ' ενι μακροτεραν Σπευδειν αρεταν? ενι, ενεστι, ut pueri ſciunt: Vide; ego nihil affirmo. 31. Χθων ατε, φοινικιοισιν ανθησαν ροδοις] Colon in Libris corruptum, & corruptum etiam hic: Nam ἄτε Jambum trucidat: Scribendum autumo, Χθων ἁτε, φοινικιοισιν ανθησεν ροδοις: ανθησεν melius, quam ανθησαν, ubi μακαριαν ἑστιαν præ-

præcedit: φίτε aptum & bonum: Aldus ὥτε: quod bonum quoque, & noſtro gemellum: νικιοι haud dubie eſt Anapæſtus. 35. Προ Κορινθου τειχεων] Jonicum etiam rectum cum Ditrochæo. 36. θαυμασ[ον ὑμνον] *admirandam victoriam hymno celebrandam:* Metonymia eſt, quam recte Paraphraſis exprimit. 40. Χρωτα λαμπει, Αωσφορος θα-] Alii recte Εωσφορος: Sic Colon Trochaicum ſtat ſuo talo: Nam λαμπει E Dactylus eſt interventu vocalis: ει corripere propter ſequens A, ipſum A propter ſequens ω; aut Aω in unam ſyllabam contrahere; remedia ſunt, quæ non arrident mihi. 45. Σιχυωνος, ωπασεν] Jonicum ανακλωμενον: Vide quid bonus Schmidius muſſitet, ανακλασιν non intelligens. 49. δαπανᾳ Χαιρον ἱππων] Ut Od. præced. ſcripſimus, πλυτῳ διεστιχον τε[ραοριαν πονους: in hac ἱπποτροφοι τ' εγενοντο etiam præcedit: παναγυριων ξυναν hic accipio de certaminibus extra ludos publicos & receptos; cum Græci, quotquot vellent, convenirent die ab ἱπποτροφοις indicto, ut & τετραοριας ſuas oſtentarent, & illis certarent inter ſe: Attende; ſic verba Poëtæ Emphaſin habent. 51. αγνωστοι σιωπαι] αγνωστοι ſilentia auget & efficit ſumma: Phraſin Pindaricam nota. 55. Τωνδε γαρ διδοι τελος] Hæc ego non intelligo: neque διδοι ad τυχας referri poteſt: Nam id ne προσωπον quidem habet: Dicam uno verbo, quod verum ſuſpicor

ſpicor plane: Scripſerat Pindarus, Τωνδε γαρ διχοι τελος: διχος, διχοω, διχοι, *anceps eſt*: τωνδε, μαρναμενων, τελος γαρ διχοι: Sententia eſt perſpicua, & τελος repetitum ſic non offendit: Pro Τωνδε plerique Των τε: quod non deterius, præſertim ſi μαρναμενων de veris militibus accipias, quos ſequentia aperte deſignant: De ipſis Cleonymidis etiam præceſſit, Χαλκεῳ τ' Αρει ἀδον, & quatuor eorum uno die in bello perierant, ut ibi vidimus: Aldus Των τε γαρ και των διδοι τελος: και των interpretatur των τε, & interpretatio in contextum irrepſit: Talia plura apud Aldum.

62. ὁσοι Τρωανδ' εβαν] An Dores revera Τρωας pro Τροιας? Videndum: Si ita ſit, id reponendum ubique. 64. κε δι' ανθρωπων, ὁς αυτου] Scribe, ne Colon Trochaicum claudicet, κεν δι' ανθρωπων, ὁς αυτου.

66. Κατα ραβδον εφρασεν] Jonicum iterum αναχλωμενον: Nam prima in εφρασεν hic longa eſt: Benedictus id ignorans, ſuum ξαπτων Metro etiam credidit neceſſarium: Optimum vero ραβδον, & pretii quantivis: Ordo enim verborum eſt, ὁς αυτου (Αιαντος) οϛθωσαις πασαν αρετην εφρασεν λοιποις αλυξειν κατα ραβδον θεσπεσιων επεων, ut ipſi ξαψωδοι intelligantur plane, & ραβδος ad illos, non ad ipſum Homerum pertineat: Vident periti, & hanc expoſitionem veriſſimam ſequentur unice.

76. Στεφανωμ' επαξιον] αναχλωμενον etiam Jonicum: De Pancratio dubitant Interpre-

tes, futurum intelligatur, an præteritum: Poſt hæc ſequuntur, quæ ad luctam & corporis ſpectant robur; idque Meliſſo adſcribit Poëta, exiguo licet, & adſpectu nequaquam robuſto: Addit autem in Ludis Herculeis, qui ἰσχυος quoque erant ἐργον, bis virum viciſſe Meliſſum: Quid igitur? Nonne ea, & hæc altera pars hymni, de Pancratio recte intelligi poſſunt, ut præteritum celebraverit Poëta? Certe id improbabile non videtur mihi: Quod ſi λευκαθεις καρα in Epodo poſtrema, de canis accipias, ut accipiendum ſane eſt naturaliter, Meliſſus jam fuit ſenior, cum hæc pepigit Pindarus, & ſic de futuro ejus Pancratio ſpes erat minor, præteritumque ſeſe commendat magis: Vide & judica: Multa in his ſunt, ut jam indicavi ſupra, quæ hodie ſcire non poſſumus, & ego bonis Grammaticis relinquo; qui nunquam me oblectant magis, quam cum de ambiguis plane & incertis corrugata fronte & attracto naſo diſputant adſeverate & confidenter: Illud addam: Si verum ſit, quod ſuſpicor, Aldus in principio Odæ rectius legit, Γαρ εφανες αρ' αρετας Ευφροσυναισι κλυταις ὑμνων διωκειν, quam alii, Γαρ εφανες Ισθμιοις, Υμετερας αρετας ὑμνῳ διωκειν: Nam ſic Ισθμιοις nimis coarctat Poëtæ ſcopum: Id perſpicuum. 77. Εγνεϊ Τελεσιαδα. Τολμα γαρ εικως] In Encomiologico Proceleusmaticus eſt pro Dactylo: Τελεσια: Nota.

ta. 78. θηραν λεοντων] θηραν pro θηρων, ex Idiomate, si vera sit lectio. 80. Αιετυ ἁτ' αναπιτναμενα Ρομβον ισχει] Nota: Videndum, quid alii ea de re. 86. Συμπεσειν δ' αιχμᾳ βαρυς] Perquam suspectum est αιχμᾳ, quia de viribus corporis agitur, & de certamine, in quo locus non est αιχμη: Scripserit Poëta, Συμπεσειν δ' ακμᾳ βαρυς: *corporis vigore:* Corpus non est grande, sed vegetum, & quod mensuræ deest, supplet vigor: Attende; hoc convenientissimum hic: Voces illæ ab Amanuensium fungis sæpe sunt commutatæ. 88. Θηβαν απο Καδμηϊαν] Recte bonus Schmidius Καδμειϊαν: Aldus & Calliergus Καδμειϊαν: Minus bene; nisi ita Dores. 97. Αλος εξευρων θεναρ] Jonicum rectum cum Ditrochæo: θεναρ est πλατος ὑποκοιλον, quod & γαιας & ἁλος regit: In ipsa terra sunt plura subcava, quam excelsa. 98. Ναυσιλιαισι τε ποξθμον ἀμερσασις] De freto Herculeo accipe κατ' ἐξοχην: Schmidius in gratiam Versus ποθμους: Penthemimeres Jambicum ubique Dijambum & Epitritum tertium promiscue admittit: Id pueri sciunt, quibus se deridendum præbuit syllabarum ille mensor. 105. νεοδματα στεφανω- ματα βωμων] Post δαιτα πορσυνοντες, στεφανωματα βωμων sine dubio sunt coronamenta & ornamenta ararum. 108. Εμπυρα χαλκεαραν οκτω θανοντων] χαλκεαραν vox est paulo difficilior: Qui eam deducunt ab

αιρεσθαι & χαλκος, balbutiunt ſtrenue: Nam & adjectiva inde ita non formantur Græce, & ſic θανοντων inepte accederet: Aliud requiritur: An ab αρω & χαλκος eſt, ut fortes denotet, quibus æs & arma conveniunt? Hoc verba non reſpuunt, ſed reſpuit puerorum interfectorum ætas, cui Epithetum non convenit: Dicam: Scribendum autumo, χαλκοαρων οκτω θανοντων, ut χαλκοαρος habeamus, & χαλκοαρων eos denotet, qui ferro ſunt devoti, ab αρα & χαλκος; ſimiliter ut εναρος dicitur ὁ αραις ενοχος: Sic χαλκοαρων commode ad θανοντων accedit, & fatum, quo perierunt miſeri, indicat: qui perierunt ferro devoti, ferro deſtinati: Quid ais? Hoc bonum haud dubie ſententiæ: quin & Metro: Nam χαλκοαρης ab αρω, pro Dactylo ingereret Amphimacrum; quo non indigemus ſumto χαλκοαρων ab αρα, quia ejus prima eſt anceps: Error autem pronus, ubi in iſta terminatione caſus patrii ſibi non conſtarunt ſæpe ſcribæ. 109. Τυς Μεγαρα τεκεν οἱ Κρεοντις υἱους] Recte Κρεοντις: Nec Schmidii Κρειοντις ſumendum hic. 115. ων αεθλων τεγμα] Procul omni dubio ſcribendum, ων τερμ' αεθλων: Puer videat. 118. Μυρτοις ὁδ' ανης, διπλοαν Νικαν ανεφανατο, &c.] Revera ſignatius eſt, Μυρτοις ὁδ', ανηρ διπλοαν, & ita diſtinguendum. 120. Την τριταν προσθεν, κυβεργα- τηρος οιακοστροφω
Γνωμα πεπιθων πολυβω- λω] κυβερνατηρ οιακο-

χοστροφος haud dubie pertinet ad agones Thebis celebratos, in quibus bis vir, ſemel puer vicerat Meliſſus, quique ισχυος erant εργον, & lucta ac Pancratio conſtabant præcipue: Sic autem apparet, οιακοστροφον Metaphorice dici de eo, cui negotii cura commiſſa eſt, eamque dirigit animo & conſilio ſuo; ut proinde κυβερνατηρ οιακοστροφος hic alius ſit nullus, quam αλειπτης, cujus cura & arte tres illas victorias obtinuerat Meliſſus Thebis: Interpretes, qui aliter accipiunt, hercule ſunt ridiculi: Pro πολυβουλω alii πολυβουλῳ: quod magis placet, ne γνωμα ſit ſine Epitheto.

123. Συν Ορσεα δε νιν Κωμαζομαι, τερπναν &c.] Ορσεας ipſe ille κυβερνατης οιακοστροφος, quem una cum Meliſſo nunc celebrat Lyricus poſt tres victorias Thebanas: Quod ſi rite perpendas, eo ipſo confirmatur ſuſpicio, quam ad V. 75. de Meliſſi Pancratio & Pindari ſcopo in hac hymni parte poſtrema attulimus.

ODE V.

Col. 6. Δια τειαν ω 'νασσα τιμαν] Σεο γ' εκατι ſimiliter præceſſit: Propter ſplendorem Matris Apollinis honoratur aurum, cujus ſplendor ſplendorem Solis imitatur, & ſic ſplendorem gignit, qualem genuit Thia: Thia Solis ſplendorem genuit; aurum ſplendorem gignit, qui Solis ſplendorem refert; Et Thia igitur, & aurum pro ſplendoris matre

tre haberi poſſunt; Et propter Thiam honoratur aurum, quod niſi Thia antea genuiſſet ſplendorem Solis, gignere non potuiſſet ſplendorem Solis ſplendori ſimilem: Sententia & ενοια eſt Pindarica: Interpretes balbutiunt; inprimis qui de Chymicis hic cogitant. 7. 8. Ωκυδινατοις εν αμιλλαισι θαυμασται πελονται] ναες θαυμασται πελονται, ἱπποι θαυμασται πελονται, δια τεαν τιμαν, ω ανασσα: & *naves exiſtunt admirabiles*, & *equæ exiſtunt admirabiles*, *propter tuum*, *o regina*, *honorem*: hoc ad unum ſplendorem Thiæ referendum eſt, & Proſaice valet, & *equæ*, & *naves*, *ſi elegantia ſua ſplendeant*, *admirationem cient*: Aurum honoratur propter ſplendorem ſuum: Naves contendentes in mari; equæ certantes in terra; celebrantur itidem propter ſplendorem ſuum, & nihil eſt, quod laudabile videatur cuiquam, niſi ſplendore ſuo conſpicuum ſit, & ejus elegantia afficiat ſenſus; Splendor eſt, quem laudat Poëta, varius pro varia rerum, quæ ſplendent, indole: Aliter ſplendet Sol & aurum: aliter ſplendent naves contendentes in mari; aliter ſplendent equi certantes in terra: aliter ſplendent coronæ, quas reportarunt certantes manuum robore & pedum velocitate: aliter ſplendent alia, quæ inter homines plurimi fiunt; & ſplendor hoc loco id, quod elegans maxime in unaquaque re, ut honos

&

& pretium ab eo pendeat: Talia cum hic enumerentur quatuor, aurum, naves, equi, coronæ; aliaque enumerari potuissent plurima; concludit mox Vates egregius, Δυο δε τοι ζωας αωτου Μουνα &c: quæ plane sunt egregia: Ista antea commemorata splendent, & inter homines plurimi fiunt: Sed nihil est, quod splendeat magis, & pluris fieri debet, quam junctum illud, ευ πασχοντα, λογου εσλον ακουειν: Quid ais? Nonne ineptissimi sunt Interpretes, qui sententiam adeo egregiam corruperunt ignavia & imperitia sua? Antiqui ex his etiam eliciebant & probabant Poëtæ φιλαρχυριαν: Homines belli! ἱπποι εν ἁρμασιν ωκυδινατοις εν ἀμιλλαισι, oppositi ναεσσιν εριζομεναις εν ποντῳ, aperte indicant, Naumachiam aliquando a Græcis fuisse institutam, ut qui vinceret nave, præmium auferret, sicuti præmium auferebat, qui vicerat curru: Nihil indubitatius: Hoc tamen notandum; nescio enim, an alibi ejus rei mentio: ἱπποι ἐν ἁρμασι, ut αγωνες εν αεθλοις, &c: Metricus de Colo 7. τροχαϊκον επιτριτον: vel Hepthemimeres Trochaicum est, vel Epichoriambicum Dimetrum Acatalectum: Indicavimus etiam supra. 9. Εν τ' αγωνιοις αεθλοισι πρεπειν] Pessime Benedictus, Εν δ' αγωνιοις: Nectuntur, non opponuntur hæc præcedentibus: Res est aperta jam. 10. Κλεος επραξεν, ὃν τιν' ανδρων &c.] κλεος hic splendor una cum coronis, quæ splendent: επραξεν

ξεν antiqui Interpretes ad ναες & ἱπποι pessime referunt: ὀρτυνα respicit verbum, & splendoris hic titulus alius. 13. Κρινεται δ' αλκα δια δαιμονας ανδρων] *Hominum fortitudo judicatur per deos:* δια δαιμονας malo, quam δια δαιμονα, ut aperta magis sit sententia: Et ita etiam Aldus. 15. Μουνα ποιμαινοντι τον αλ- πιστον] Ita sine dubio legendum: ανελπιστον & versus, & sententia respuit: De voce egimus ad Pythior. Od. 8. neque aliud melius adhuc mihi in mentem venit.
20. Θνατα θνατοισι πρεπει] Metricus, πενθημιμερες δακτυλικον: Amphimacrum sumsit pro Dactylo, ut vides: Neque displicet: Erunt, qui Colon habebunt pro Trochaico Dimetro Brachycatalecto: Et illi etiam non errabunt. 23. Πυθεα τε, παγκρατιω] Alii Πυθεᾳ: Longe rectius ad αμφοιν: *ambobus*, & *Pytheæ* scilicet. 26. Συν χαρισιν δ' εμολον] Metricus, το, ι, πενθημιμερες: Excidit δακτυλικον. 30. Μη φθόνει κομπον τον εοικοτ' &c.] Ita perperam scribitur: Nam nihil est, quo φθόνει referri potest: Scribe Μη φθονεῖ: πολις ευνομος, quod & τετραπται regit.
37. Διος ἑκατι προσβαλλον σεβιζομενοι] Colon Trochaicum certo certius προσβαλον requirit in loco tertio. 39. Οινεϊδαι] Ita Schmidius pro Οινειδαι: quod in omnibus ante eum male extat: Καδμειϊαν habuimus Od. præced. apud Calliergum & Aldum: Sic & Οινειϊδαι habere potuissent hic: Vide, quid noto ibi.

ibi. 43. χεος τ' επ' Ευξωτα ξεινθροις] Dores Πολυδευκευς pro Πολυδευκεος: Sic Synizesi non erat opus: Verbo moneo in transitu.

44. Αλλ' εν Οινωνᾳ μεγαλητορες οργαι
Αιακιδ, παιδων τε &c.] Si ad hæc attendas, & studium, quo Pindarus Æginam prosequebatur, rectius & decentius legeretur paulo superius, Ταυδ' ες ευνομον πολιν. Ει δε τετριπται
Θεοδοτων εργων κελευθος αν καθαρα, Μη φθονεῖ κομπον &c: An ita forte scripserat ipse Poëta? Vide, ego nihil adsevero. 51. Μεμνονα χαλκοαραν] Hic χαλκοαρα habes ενεργητικως a χαλκοαρης, χαλκοαρων παθητικως a χαλκοαρος, restituimus Oda præced. 52. Τις αρ' εσλον Τηλεφον] Ita haud dubie legendum, ut Colon sit Jonicum. 59. περι κεινων] Recte; & ita etiam Aldus: περι κεινον ad πυργον, ineptit.

60. Κελαδησαι· Και νυν εν αρει] Anapæstus in principio Colon Trochaicum vitiat: Cum syllabarum mensore Schmidio scribe, Κελαδεμεν· Και νυν &c. 64. Αναριθμων ανδρων χαλαζαεντι φονῳ] Refero ad ορθωθεισα ναυταις, & hostium cædem intelligo, qua liberata est Salamis: Præcedens Εν πολυφθορῳ Διος ομβρῳ dictum de calamitate publica, qua Salamis & tota Græcia laborabat, quæque tempestas erat magna: Appositio, quam Interpretes ponunt, nimis quæsita est, nec Pindari ingenium sapit: Illa separata bona sunt. 67. Εν δ' εραται νῳ Μελιτι, και ταιαιδε τιμαι Καλλινικον χαριν αγαπα- ζοντι]

εν ερατεινῳ μελιτι copulandum cum καλλινικου χαρμα, & ſcriptum pro μελιτοεν, ſimile ἱπποις εν ἁρμασι, αγωνες εν αεθλοις, aliisque id genus, quæ floridius dicta, non intelligunt Interpretes e trivio. 70. Μαρναθω τις ερδων.] Obſerva illud ερδων adjectum, quod intendit, & quidem egregie. 73. ουδ' ὁποσαι δαπαναι Ελπιδων, εχνισ' οπιν] Locus leviter corruptus, & ſic ſenſu bono orbatus: Dicam paucis, quod res eſt: Scribendum, Ου τα τετυφλωϑαι μακρος Μοχθος ανδρων· ουδ' ὁποσαι δαπαναι Ελπιδων, εχνισ' οπις: neque ſumtus, quos fecerunt ingentes *ſpebus ſuis*, ut victorias reportarent, abraſit aut vellicavit vindicta: οπις, inimicorum odium, lingua maledica: Sic poſt μακρος μοχθος aptiſſime ſequuntur eodem tenore δαπαναι, & εχνισι eleganter opponitur τω τετυφλωται. 75. Αινεω και Πυθεαν εν γυιοδαμαις, Φυλακιδᾳ πλαγαν δρομον &c.] Quid Pytheas unctor hic, ubi de Pythea victore præceſſit? Nugæ, nugæ: Diſtinguendum haud dubie, Αινεω και Πυθεαν εν γυιοδαμαις Φυλακιδᾳ, πλαγαν δρομον ευϑυποδησαι, Χερσι δεξιον, νοῳ αντιπαλον: Pytheam laudo una cum Phylacida: συν omiſſum eſt, & Φυλακιδᾳ ſcriptum pro συν Φυλακιδᾳ: Sic recte antea dixit Lyricus, Συν χαρισιν δ' εμολον Λαμπωνος υἱοις, & hic facit, quod facere obſtrictus erat: γυιοδαμαι ſunt Pancratiaſtæ, quos inter clarus etiam Pytheas, quem χερσι δεξιον, νοῳ αντιπαλον vocat cum Emphaſi, ſic

ſic ut nomen poſterius ſit pro Epitheto egregio: αντιπαλος, ut ανηρ: vere αντιπαλος, vere ανης: Eruditi ſciunt: Et nihil certius hac expoſitione noſtra. 78. Λαμβανε οι στεφανον' Φερε &c.] Non præconi, ſed ſibi ipſi hæc dicit Pindarus: Res eſt certa ex uno Συμπεμψον.

ODE VI.

Col. 2. Δευτερον κρατηρα μοισεων μελεων] Et mihi placet μοισειων μελεων, quod & ſono & ſenſu acceptius: De Metro Interpretes imperite, ut ſolent: Colon eſt τροχαϊκον εις ιαμβον καταληγον, ut recte monet Metricus.

5. Μεν πρωτον ω Ζευ τιν, αωτον] Metricus, ιαμβος διμετρος ὑπερκαταληκτος: τιν igitur hic producitur: Supra Nem. Od. 10. V. 55. aperte corripitur: Alia prætereo: Niſi anceps fuerit vocula, ſcribendum hic, Μεν πρωτον ω Ζευ τιν γ', αωτον, appoſito fulcro: Bono Schmidio placebat τειν. 8. Νηρηϊδεσσι] Ita plerique: Schmidius cum Aldo Νηρεϊδεσσι: Sic ſcilicet Metro Dactylico proſpicit: Nihil ridiculum magis. 9. κοντα, παιδων ὁπλοτατῳ] Metricus, τροχαϊκον, επίτριτος: Potius τροχαϊκον επιτριτον, ut alibi: Ego Epichoriambicum fere præfero. 10. Φυλακιδα νικωντος. Ειη δε τριλον] Metricus, τριμετρον τροχαϊκον ακαταληκτον: Vitium apertum: Scribe τριμετρον τροχαϊκον καταληκτικον: Bonus Schmidius ſtolide τριτατον, ut fingeret Colon

lon ſuum. 12. πιω, Αιγιναν κατα-] Joni-cum Dimetrum Catalecticum cum Ditro-chæo: Metricus id Βακχειακον vocat: quo jure, neſcio. 23. Ο Κλεονικυ παις. Εγω δ' ὐψιθρονον] Schmidius Metri imperitia, Ο Κλεονικυ παις. Εγω δ' ὐψιθρονον αυ, contra omnes Libros & ipſius etiam Coli tenorem: Non monebimus porro in ſequentibus. 25. νεπω, σπεσθαι κλυταισιν] Colon ægrotat miſere: Legendum, νεπω, εσπεσθαι κλυταις: Sic convaleſcit ſtatim: Schmidii ποτι- ενεπω, credo, probabunt pauci: Laxum enim & ingratum eſt; Si Idiomatis rationem habere velis, recte ſcribas, Κλωθω κασιγνητας τε πολεν- vel ποτε-νεπω, εσπεσθαι κλυταις: De eo reſtituendo nunc vero non ſumus ſoliciti. 26. Αν-δρος φιλυ Μοιρας εφετμαις] Illud Μοιρας nectendum cum εσπεσθαι, & quidem arcte: προσεν-νεπω Κλωθω κασιγνητας τε, εσπεσθαι Μοιρας κλυ-ταις εφετμαις φιλυ ανδρος: *ſequi ut Parcas*: Conditio earum indicatur, & ipſum illud nomen hic Emphaſin præbet τω εσπεσθαι: ſequerentur qua Parcæ & vero Parcarum jure: Phraſis eſt Pindarica, & Hyperbaton, de quo Interpretes, plane ridiculum eſt & ineptum: εφετμαι ſunt ευχαι, ab εφιεμαι, *peto*, *cupio*: εντολαι non conveniunt: niſi intelligeres eas, quas pater dabat filiis ſuis: Attende; hoc non incongruum foret.

27. Υμμε τ' ω χρυσαμπαλοι Αιακιδαι] Metricus, το α, εκ Σαπφικυ τυ ια, Πινδαρικον. ητοι, κοινη εστι:

εστι: τυ ια, *Hendecaſyllabi*: Pro ητοι ſcribe ἢ τοι: *Syllaba* τοι in χρυσαρματοι. 30. Ραινεμεν ευλογιαις] Metricus, Το δ, πενθημιμερες: δακτυλικον excidit. 32. Τετμηνθ' ἑκατομπεδοι εν σχερῳ κελευθοι] Metricus, Το ς, παρα το Αρχιλοχειον, ερασμονιδη χαριλαε. εστι δε συγκειμενον περιττευοντος μιᾶς συλλαβῆ, και ιθυφαλλικω μεμειωμενου του ιθυφαλλικου ἐνι τροχαιῳ: Mutilus eſt locus, & ſcribendum haud dubie, εστι δε συγκειμενον εκ προσοδιακου περιττευοντος μιᾶς συλλαβῆ, και ιθυφαλλικου, μεμειωμενου &c: In ερασμονιδη χαριλαε abundat ſyllaba, ut notum: Colon eſt ſimile Colo 18. Od. 2. Iſthmior. & Col. 6. & 31. Od. 1. Pythior. Nam una modo ſyllaba hoc excedit illa: Dixi quid de menſura eorum ſentiam: De hujus menſura idem dico: Colon non eſt Proſodiacum, ſed Aſynartetum, ex Anapæſtico Dimetro Brachycatalecto & Jambico Penthemimeri: κελευθοι ἑκαλομπεδοι, *viæ latæ centum pedes*: πεζα, πεδη, πεδον, πους, ejusdem omnia ſunt originis: Grammatici balbutiunt: Alibi ea de re diſtinctius: εν σχερῳ, *certo & continuo ordine*. 35. παλιγγλωσσος πολις] *contralinguis urbs*. 36. Ατις ου Πηλεος αὔει κλεος] Colon Aſynartetum ex Monometro Trochaico & Dimetro Dactylico: Pro Πηλεος plerique Πηλεως: Πηλεως per Synizeſin eſt Dactylus cum duabus ſyllabis ſequentibus; Πηλεος cum iisdem eſt Proceleusmaticus. 37. Ηρως, ευδαιμονος γαμ-

βρου

βρου Θεων] Asynartetum ex Monometro Jambico & Hepthemimeri Trochaico: Metricus est mutilus, & mensura Coli præcedentis apud eum excidit; hoc autem Sapphicum vocat: quo jure, ego ignoro: Nihil enim in eo, quod ad Sapphicum accedit: Colon præcedens, si Syzygiam mediam Choriambice metiaris, ad Sapphicum Hendecasyllabum producta postrema accedit proxime, eoque brevius est syllaba: Quare Amanuenses forte errarunt, & Sapphicum suum non ad Colon undecimum, sed Colon decimum adscripsit Magister, ut mensura proinde hujus undecimi exciderit. 41. Πεζοφρονα συμμαχον ες Τροιαν] In Dactylico pes tertius est Spondeus pro Dactylo: Bonus Schmidius hic etiam ες Τροϊαν, ut Dactylum haberet.

42. Ηρωσι μοχθον, Λαομεδοντι-] Synizesis του Λαο difficilior est: Malo igitur vel Anapæstum in quarto loco Jambi, vel Λαμεδοντι-.

47. Τ' εθνεα, και τον βουβολαν, ωκεϊ ισον] Duo Tribraches pro duobus Trochæis sunt in hoc Colo: Vident Tyrones, & moneo propter Schmidii imperitiam. 51. Αλλ' Αιακιδαν καλεων Ες πλουν, κηρυξε παντων δαινυμενων] Ab Αλλα hic incipit sententia plane nova: Id certum: παντων durum est & coactum: Mallem scripsisset Pindarus, Αλλ' Αιακιδαν καλεων Ες πλουν κηρυξεν αστων δαινυμενων: cum tota civitas epularetur publice, & una cum civibus in epulis esset Telamon: Nunc παν-

των

των ita intelligendum, ſi ſit ab ipſo Poëta.
60. Ο δ' αντειας ουρανῳ χειρας αμαχους] Metrum Trochaicum certo certius requirit Ο δ' ανατειναις ουρανῳ &c: Nihil evidentius.
61. Αυδασε τοιουτον τ' επος· ει] Malo τοιουτον γ' επος ſtatuminandæ ſyllabæ: Ab Aldo eſt τοιουτον τ' επος hoc: Alii τοιουτον τι επος: quod ipſe Verſus reſpuit: Apud Metricum, quod ſupra monere omiſi, pro ιαμβικον τριμετρον legendum ιαμβικον διμετρον. 67. Μοιριδιον τελεσαι] Heſychius ſuo loco, Τελεσαι, δουναι.
69. Ωσπερ τοδε δερμα με νυν περιπλαναται] Signatius eſſet, Ωσπερ τοδε δερμ', ὁ με νυν περιπλαναται: ſed ſic in Ajace non relinquitur illud vulnerabile laterum, quod pellis Leonina in Hercule tegere non poterat propter pharetram: Et eo reſpiciens, hæc ſtudio ita adornavit ipſe Pindarus: Moneo, ut locum melius intelligas. 77. Και νιν ορνιχος φαενετος Κεκλετ' επωνυμον ευρυβιαν Αιαντα] Imperativus ſine dubio requiritur, & legendum Κεκλευ: καλεω, κλεω, κλητως, &c: Heſychius, Κεκλεο, καλεσον: Et Κεκλει, καλει, κελευει: κλεω, κεκλεω, ut δοω, διδοω, & alia id genus ſexcenta, quæ eruditi tenent: Illud επωνυμον ορνιχος Αιαντα notes: Etymon enim exhibet, quod ipſe Pindarus probavit & eruditione ſua non indignum credidit: αω, αετος: αω, αας: & inferto ι, αιετος, αιας: A velocitate nomen avi, quæ fertur venti & flaminis inſtar. 81. Ως αρα ειπων, αντι-

τικα] Jambus est bonus: Nam prima in αρα est anceps, & hic recte producitur: Pueri sciunt & Schmidius risum meretur. 82. Εζετ'] *Consedit* apud & inter convivas: παντων δαιτυμενων præcessit. 83. σας ἀγησασθαι αρετας] ἀγησασθαι non potest primam corripere, & Metrum Trochaicum temeratur palam: Scribe σας διαγησασθ' αρετας: vel σας τοι ἀγησασθ' αρετας: aut etiam σας αφαγησασθ' αρετας: Quod proxime accedit, præstat. 84. Φυλακιδᾳ γαρ ηλθον Μοισα ταμιας] Non dubito, quin ipse Pindarus scripserit, Φυλακιδᾳ γαρ ηλθον, ω Μοισα, ταμιας: το κλητικον est in Scholiis Græcis: Sic Colon Trochaicum habet numeros suos, & σα ταμι Trochæus etiam est resolutus. 87. Ειρησεται πω] Aldus Ειρησεται πα: quod non deterius. 90. Αγλαοι παιδες τε και ματρωες. Αν δ' αγαγον ες Φαος οι-] Et mihi placet ματρως de uno Euthemene: τρως Αν Spondeus est, quem in Dactylico nemo mutet sanus: Schmidius tamen, τρως. ανα δ' αγαγον, ne sibi fieret dissimilis. 92. αν μοιραν ὑμνων! ταν Ψαλυχια- δαν δε πατραν] Schmidius Ψαλυχι- δαν δε πατραν: Quo jure? Tenuitne mensuram vocis, & certo scivit λυ in Ψαλυχιαδαν esse longam? Ne credas: Dicam: Bonus Tribrachyn pro Jambo noluit in Jambico, ideoque ab omnibus Libris fecit secessionem arbitrio suo: Sic scilicet se Schmidium probabat iterum vere. 101. Ζυγον ασλεϊ κοσ-

μαν

μον ἐφ προσαγων] ασλει δισυλλαβως & mihi placet, Metrumque Aſynartetum poſcit. 102. Και ξεινων ευεργεσιαις αγαπαται] Colon Trochaicum non poteſt eſſe absque ξενων: Pueri vident. 106. Φαιης κε νιν ανδρ' εν αθληταισιν εμμεν] Colon Aſynartetum mutilum eſt: Recte Schmidius ſyllabas ad digitos exigens, φαιης κε νιν ανδρ' εν αεθληταισιν εμμεν: In Penthemimeri Jambico hic eſt Syzygia Jambica ἑπλασημος pro ἑξασημῳ: Id male habuit bonum numerando adſuetum, & Metri peritos non morabitur. 108. Χαλκοδαμαντ' ακοναν] τε pro copula haberi poteſt, ut χαλκοδαμαν ſit a χαλκοδαμος: idque malo: Similiter Ανδροδαμαντ' habuimus in Nem. Od. 9.

Ibid. Πισω σφε Διρκας Αγνον ὑδως] πισω cum geminis accuſativis nota: Talia apud Pindarum plura: Indicavimus alicubi contra eos, qui mutabant: σφε haud dubie eſt αυτους. 111. τειλαν παρ' ευτειχεσι Καδμυ πυλαις] ut Colo Aſynarteto bene ſit, ſcribendum, τειλαν παρ' ευτειχεσιν Καδμυ πυλαις.

ODE VII.

Col. 2. Καλων επιχωριων μαλισλα θυμον τεον] Metricus, Το β, Ιωνικον τετραμετρον, ιαμβικῳ καλακλειομενον, βραχυκαταληκτον: Quis talem menſuram probet? Unus modo Jonicus eſt in Verſu, & ille ſæpius Pæon ſecundus, quam ipſe Jonicus: Sic autem & Trochæos plures ſequatur unus Jambus? Hæc ſane non

placent mihi, & Grammaticorum etiam videntur commenta: Verſum eſſe puto Jambicum Trimetrum Hypercatalectum, cum Trochæo vel uno, vel uno & dimidio: Sic habemus oppoſitum Trochaico Trimetro, cum Jambo in fine, quem Steſichoreum vocare ſolent Magiſtri: Id longe facilius certe & decentius. 3. Ευφρανας; η ga χαλκοχροτου παρεδρον] Metricus, το γ, εκ πενθημιμερους ιαμβικου και διμετρου τροχαϊκου καταληκτικον: Non dubito, quin ipſe Magiſter ſcripſerit, εκ πενθημιμερους ιαμβικου και τροχαικου διμετρου βραχυκαταληκτου: Tale eſt Aſynartetum: quod tamen rectiſſime etiam pro Jambico Trimetro Catalectico haberi poteſt: Periti vident, & hoc alteri non poſtponent. 5. Αντειλας Διονυσον; η] Metricus, δακτυλικον τριμετρον καταληκτικον. ἡ τελευταια βραχεια: Vitium manifeſtum: Scribe, δακτυλικον τριμετρον ακαταληκτον: Poteſt etiam eſſe Antiſpaſticum Glyconium: idque ego malo. 8. Τον φερτατον Θεων] Metricus, το γ, ιαμβικον διμετρον ὑπερκαταληκτον: Illud ὑπερκαταληκτον etiam eſt ab imperitis: Ipſe Magiſter ſcripſit ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον, vel potius ιαμβικον διμετρον το αυτο, quia Colon Jambicum ejusdem menſuræ præcedit. 11. Η ὁτ' αμφι Τειρεσιαο πυκιναις βουλαις] Si Jambicum ſumas mecum, Colon non male ſe habet: Diſcrepat enim ab Antitheticis, ſed licite: Si verò Aſynartetum cum Metrico præferas,

ras, ægrotat, & legendum eſt facta trajectione vocis, Η ὁτ' αμφι πυκιναις Τειρεσιαο βουλαις: Periti vident, & Schmidii inanias non curo: Eadem trajectione Jambicum etiam proxime ad gemella accederet; neque discrepantia in illis remaneret ulla, ſi pro πυκιναις legeretur πυκναις: Sed ita ακριβολογειν ſolent naſutuli, non homines cordati: Η ὁτ' & hic & Colo ſequenti vel in Monoſyllabum coaleſcit, vel, quod ego malo, duæ ſunt breves, quæ in Jambico & Aſynarteto Anapæſtum efficiunt, in Jonico vero Jonicum quinqueſyllabum per reſolutionem. 13. Η Σπαρτων ακαμαντολογ- χαν] ενεκα, quod ſubaudiendum. 17. Μυριων εταρων, ες Αργος ιππιον] Ita Schmidius pro εταιρων, εις, quod omnes Editi ante eum habent: εις requiritur neceſſario, εταιρων manere poteſt, nec Jambicum reſpuit poſt Antiſpaſtum. 18. Η Δωριδ' αποικιαν ηνικα ορθῳ] Metricus, παλιαμβικον τριμετρον ακαταληκτον: Sumſit duo Jambica Penthemimera ex Spondeo & Anapæſto; quæ ſic *recurrunt:* Id tamen durius, & duo Anapæſtica Penthemimera ego malo, propter ipſam Jamborum abſentiam: Duo Penthemimera Jambica efficiunt Trimetrum Brachycatalectum; & ſic apud Metricum pro τριμετρον ακαταληκτον ſcribendum eſt τριμετρον βραχυκαταληκτον: Aldus pro ηνικα ορθῳ habet minus bene ουνεκα ορθω. 23. Αλλα παλαια γαρ ευδει] Metricus, δακτυλικον τριμε-

τρον ακαταλκτον] Nihil ineptius: niſi aliter legerit: quod vix puto: Colon eſt Epichoriambicum Dimetrum, cum Trochæis pro Jambis: Res eſt aperta. 24. Χαρις, αμναμονες δε βροτοι] Metricus, επιωνικον διμετρον ακαταλκτον: Jambus poſtremus eſt reſolutus in Tribrachyn. 27. Κωμαζ' επειτ' αρ' αδυμελει συν υμνῳ] Ita recte Aldus: & recte etiam legeretur, Κωμαζ' επειτα αδυμελει συν υμνῳ: Alii peſſime Κωμαζ' επειτ' εν αδυμελει συν υμνῳ: Nam εν non poteſt eſſe locus: Scis unde enata ſit lectio illa? Pro επειτα, quod revera in Libris fuiſſe ſuſpicor, ſcripſerunt quidam επειτεν: id ſeparatum ab imperitis: De ειτεν & επειτεν pro ειτα & επειτα nos ſupra etiam verbum. 32. ουκ αισχιον φυας] φυας hiç referendum potius ad corpus, quam ad animum: Ad Antitheſin attende. 34. Μαιζωϊ θ' ὁμωνυμῳ δεδωκε κοινον θαλος] Bonus Schmidius, ut ſyllabam brevem haberet in principio, pro Ματρωϊ legit Πατρωϊ: Poteratne imperitius, & inconſideratius, ubi ματρωα notum expellit πατρωϊ ignotiſſimo? 36. Τιμα δ' αγαθοισιν αντικεισαι] αγαθοισιν de factis & rebus intelligo: Sic αντικειται aptius eſt, & aptius etiam ſequitur Ιστω γαρ &c. 37. ὁς τις εν Ταυτα νεφελα χαλα- ζαν αιματος προς Φιλας Παιρας αμυνεσαι, Λοιγον αμυνων εναντιῳ ϛραιῳ Αστων, γενεα &c.] Locus difficilis & corruptus, tam quod ad ſenſum, quam quod ad Metrum attinet: Dicam tribus verbis,

bis: Scribendum ſuſpicor, ὅς τις ἐν Ταυτᾷ νεφελᾷ χαλαζᾶν αἱματος προ φιλας. Πατρας ἀμειρεται, Λοιγον ἀρ' ἀμυνων ἐναντιῳ στρατῳ Ἀστων, γενεᾷ &c: νεφελα χαλαζᾶν apte dicitur: Miſſilia in bello, ſunt grandines, & eorum multitudo nubem efficit: προ φιλας πατρας, *pro chara patria*: ἀμειρεται αἱματος, *privatur ſanguine*; ſanguinem effundit: Sequitur Ζωων τ' απο και θανων: Sic ſanguinis effuſio intelligenda duplex: Una, quæ mortem infert; altera, quæ poſt vulnera atrociſſima vitam continuat: Nihil appoſitum magis: αξ' producitur, & facit, ut Λοιγον ἀρ' ἀ Antiſpaſtus ſit bonus: μυνων ἐναν eſt Syzygia Jambica ἑπτασημος, ut in Epodo prima, ſi ἑταιρων cum omnibus Libris retineas: Et plana ſunt omnia: Si pro Λοιγον ἀμυνων legere velis Λοῖγον ἐξαμυνων, ita legere etiam potes. 42. γενεᾷ μεγιστον κλεος αυξων] Ιστω αυξων optimum eſt alibi; ſed neſcio an optimum ſit hic, quia tot participia concurrunt: ἀμυνων, αυξων, ζωων, θανων: An ipſe Poëta ſcripſit ea de cauſa, γενεᾷ μεγιστον κλεος αυξειν, Ζωων τ' απο και θανων? 57. Οτι τερπνον εφαμερον διωκων] *quod omnia læta cupiens: quod læta quotidie cupiens:* Pertinet ad ſuperius Ετλαν δε πενθος οὐ φατον. Αλλα &c: Sic ſententia eſt appoſitiſſima: *Ne mihi invideant Dii, quod læta omnia mihi velim.* 58. Εκαλος επειμι γηρας, ες τε τον μοιρσιμον Αιωνα] Dele Comma poſt γηρας:

Tranquillus ſector ſeneƈtutem ad ipſum fatale tempus, id eſt mortem: διωκων, επειμι Emphatice ſeſe reſpiciunt. 60. Δαιμων δ' αϊστος. Τα μακρα δ' ει τις] Peſſima lectio: Legendum haud dubie, jubente Verſu, Δαιμων δ' αϊσος. Τα μακρα δ' ει τις: Et hoc ſenſui etiam longe conducibilius: Morimur omnes pariter; ſed non æqualis eſt noſtrum uniuscujusque ſors: αϊσος opponitur τῳ ὁμως, & Antitheſis eſt elegans & aperta. Quod ego ſector, non eſt nimium: Vitam enim lætam mihi tranquillus opto; & nihil aliud: Quare Deos id mihi non inviſuros eſſe auguror: At qui magna ipſumque Coelum cogitant, conditionis humanæ ſunt ignari, & Bellerophontis exemplum lugubre ſibi proponere debent: Omnia ſunt concinna & perſpicua: Interpretes garruli nugantur. 67. Το δε παρ δικαν Γλυκυ πικροτατα μενει τελευτα] Ita ſcribe, ejecto Commate poſt γλυκυ: Notiſſima eſt Græcis locutio: Læta ſectabatur Pindarus, ſed juſta & proba; non injuſta & improba, quorum finis eſt poena: Id præcedentibus provide addit, & voluptatem iſtam honeſtam commode etiam explicant ſequentia: Poëta fuit pientiſſimus, cujus Gnomæ animum meum afficiunt ipſa illa lubentia & voluptate, quam ſibi a Diis precabatur Vir optimus. 69. Αμμιν δ' ω χρυσεα κομα] χρυσεα hic recte corripitur: Et ſic Colon etiam Antiſpaſticum Glyconium eſſe

esse potest: Simile habuimus antea non longe ab his: Addam aliud: V. 45. & 46. Schmidius bis αινειων reposuit pro αινεων, ut in Libris est, ne Metrum Dactylicum claudicaret: Id etiam non necesse, si Antispasticum sumas: Nam Αινεων Me Antispastus est bonus: Colon autem Jonicum sequens absque ullo dubio a Pæone secundo incipere potest: Vide igitur & judica. 72. θεα και Πυθοι στεφανον] Colon Epionicum est mutilum: Scribe, θεα και Πυθαθεν στεφανον: quo scilicet caput Strepsiadæ cingam, ut nunc illud cinxi στεφανῳ Ισθμαθεν: Præcessit, Αλλα νυι μοι Γαιαοχος ευδιαν οπασσεν Εκ χειμωνος. Αεισομαι, Χαιταν στεφανοισιν ἁρμοζων: Eo sese referunt hæc: Bonus Schmidius Πυθοϊ: Vides, quanto melius sit ipsum etiam Πυθαθεν sententiæ.

ODE VIII.

Col. 1. Κλεανδρῳ τις αλικια τε λυτρον] Metricus, Το α, φαλαικειον: Ineptit homo: Nam sic Choriambus excipere non deberet Antispastum: Res est nota: Recte scriptum ad marg. Ed. Brubacch. Ηφαιστιων δε Πινδαρικον ονομαζει, συνισταμενον εξ ανϊσπαστυ, χοριαμβυ, και ιαμβικης καταλειδος. εν τη τριτη μεντοι ἀποδοσει, αντι χοριαμβυ μολοσσος κειται: Vide Hephæstionem pag. 46. Enchiridii: De εν τη τριτη &c, videbimus postea. 4. Παρα προθυρον ιων, αγειρετω] Metricus, Το δ, ιαμβικον

κον διμετρον βραχυκαταληκτον: Apertum eſt vitium ſcripturæ: Lege ιαμβικον τριμετρον βραχυκαταληκτον: Pedes omnes non ſunt ſibi conſoni, & quidam variant licite: Singulos confer: Schmidius ineptit ſuo more. 5. Κωμον, Ισθμιαδος τε νικας] Metricus, Το ε, απο εννεασυλλαβου Σαπφικου πλεοναζον του γλυκωνειου μιας συλλαβης: quæ male cohærent: Recte Marg. Brubacch. εννεασυλλαβον Σαπφικον πλεοναζον &c: & additur commode ουτω και Ηφαιστιων: Vide Enchiridion p. 33. τις αγειρετω κωμον, qui celebret Cleandrum ad ædes patris Teleſarchi accedens: Victor præbebat epulas, & læti Comum agebant victoris ſocii & amici: Nihil notius: ω νεοι igitur ſunt juvenes, qui cum Cleandro juvene vivebant amice: De juvenibus Poëtis ridicule cogitant Interpretes: Ad Comum & Comi lætitiam accedebant Poëtæ cum hymnis, & accedebat ipſa Muſa Pindarica. 7. Αεθλων ὁτι κρατος] Metricus, Το ζ, τροχαϊκον απο ιαμβικου καταληκτικον: διμετρον videtur excidiſſe: διμετρον τροχαϊκον απο ιαμβικου καταληκτικον: Tale Trochaicum a Jambo incipiens ego non probabo, niſi aliud Metrum deficiat plane: quod certe non deficit hic: Colon enim Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum eſt, cujus Antiſpaſtus ſecundus poſtrema producta Ditrochæus eſt mutilus: Et ſic igitur metior, neglecto Magiſtro: Poſt Νεμεᾳ vulgo diſtinguitur plenius: Ego poſt

Απολλα

Ἄποινα plenius distinguere malo: Κῶμον Ισθμιαδος τε νικας Ἄποινα· και Νεμεᾳ Αεθλων ὁτι κρατος Εξευρε: Sic oratio est magis rotunda, & præsentis Isthmiacæ disertior fit mentio. 13. Δε πενθεων λυθεντες] Metricus, Το ιγ, ιαμβικον διμετρον καταληκτικον: Ineptum hoc: Et ineptum etiam, quod in Ed. Brubacch. additur, Εν ταις αποδοσεσι δε και αντισπαστικον, η τροχαϊκον εξ ιαμβου ἡμιολιον: Nam ita variare non potuit Pindarus: Dicam verbo: Colon est Antispasticum Dimetrum Brachycatalectum in omnibus διαιρεσεσι, & Antispastus ubique variat licite: Hic Antispastus est verus & proprie dictus: Nam πενθεων Synizesin patitur: In aliis, ubi necesse, verbo etiam indicabimus. 17. σαμενοι δ' απρηκτων κακων] Metricus, Το ιζ, επιωνικον διμετρον ακαταληκτον: Recte: Videbimus in sequentibus. 18. Γλυκυ τι δαμωσομεθα] Metricus, τροχαϊκον διμετρον βραχυκαταληκτον: Recte: Duo Trochæi sunt resoluti: Brubacchii η και παιωνικον ineptit. 19. Και μετα πονον. Επειδη] Metricus, ιαμβικον διμετρον ακαταληκτον. η νον μακρα: Nihil ineptius: Et ita sine dubio stipes aliquis recentior: Rectius Editio Brubachii in marg. ιαμβικον διμετρον βραχυκαταληκτον: Id tamen etiam durius revera, & ambiguum: Nam ad Trochaicum æque ac Jambicum accedit: Ego non dubito quin Colon sit Antispasticum Dimetrum Catalecticum: Και μετα πονον hic

Antiſpaſtus eſt quinqueſyllabus: De aliis in διαιρεσεσι ſequentibus, 20. Τον ὑπερ κεφαλας] Metricus, Το κ, δακτυλικον πενθημιμερες: Libri variarunt olim & nunc variant: Quidam ſyllabam δη a Colo præcedenti ad Colon hoc tranſponunt, & ſic δη τον ὑπερ κεφαλας Dactylicum eſt Penthemimeres: quos ſecutus proinde eſt Metricus: Qui δη Colo præcedenti relinquunt, Colon hoc pro Anapæſtico Monometro Acatalecto habere debent: Et tale Metrum in hac Editione ubique: quod mihi nequaquam diſplicet: Sic Colon præcedens eſt Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum: quod alias δη tranſpoſito, Antiſpaſticum eſt Dimetrum Brachycatalectum: Elige Lector, quod cupis, & in ſequentibus ubique modo vel de Antiſpaſtico Dimetro Brachycatalecto & Dactylico Penthemimeri, vel de Antiſpaſtico Dimetro Catalectico & Anapæſtico Monometro Acatalecto cogita: Poſterius nos ſecuti ſumus in his. 23. αλλ' ε- μοι δειμα μεν παροιχομενων Καρτεραν επαυσε μεριμναν] Pindarum novi, ſed δειμα παροιχομενων vix probare poſſum, & lubens cum Benedicto ſcribo, δειμα μεν παροιχομενον: Sequens, Το δε προ ποδος &c, ab his pendet: Apparet ex μεν, δε. 26. Το δε προ ποδος, αρειον αιει] Scribe, ne numeri deſint, vel αρηϊον γ', vel αρειον εστ' αιει: το προ ποδος, quod præſens eſt: futurum enim incertum: Id volunt ſequentia.

29.

29. Ελισσων βιοτᾳ πορον] Colon Antiſpaſticum Dimetrum Catalecticum requirit aperte, Ελισσων βιου πορον, ut Schmidius etiam ſcripſit ſyllabas numerans. 36. Αιγινᾳ χαριτων ωτον] Αιγινᾳ mediam producere ſolet: Et ſic Antiſpaſtus variat. 39. το, θυγατερες, Ασωπιδων] Ita Libri omnes: Schmidius θυγατρες: Utrumque bonum: Nam quod ille neſcivit, ανακλασις eſt in hoc Jonico ab ipſa Syzygia Jambica, quæ ἑπτασημος eſt pro ἑξασημῳ; & ſic utroque modo ſupplet, quod Jonico deeſt: γατερες cum tempore uno in A ſequenti, Jonicum efficit a minore; & γατρες cum A ſequenti, Jonicum etiam efficit ſimilem: Periti vident, nihilque apertius. 40. Θ' ὁπλοταται, Ζηνι θ' ἁ-] Haud dubie ſcribendum, ut Trochaicum Dimetrum Brachycatalectum numeros habeat, Θ' ὁπλοταται, Ζηνι τε ἁ-: Θ' ante ὁπλοταται abundat male & delendum eſt, niſi ad γενοντο pertineat & totam Pericopen: οὐνεκα γενοντο τε πατρος διδυμαι θυγατερες, Ασωπιδων ὁπλοταται, Ζηνι τε ἀδον βασιληϊ: Sed & γ' ὁπλοταται pro Θ' ὁπλοταται ſcriptum eſſe potuit: Nam iſtæ voculæ confunduntur ſæpe. 41. δον βασιληϊ. Ο ταν μεν] Antiſpaſtus etiam quinqueſyllabus: η ante ι corripitur. 57. το, πινυτοι τε θυμον] Antiſpaſtus quinqueſyllabus: oppoſiti ſunt quadriſyllabi in præcedentibus.

61. Τ' ερισας Ποσειδαν γαμῳ] Hic etiam eſt ανακλασις in Jonico a Syzygia Jambica:

εϱισας participium eſt pro verbo, neque ſic θελων incommode ſequitur: Talia enim plura apud probatiſſimos: Quare non neceſſe, ut vel εϱισαν, θελων ἑκατεϱος, vel εϱισας, θελον ἑκαϛεϱος ſcribas. 63. λων ἑκατεϱος ἐαν εμ-] Antiſpaſtus iterum quinqueſyllabus.
64. μεν' ϵϱως γαϱ ϵσχϵν] Ut Anapæſtus ſequatur Anapæſtum, pro ϵσχϵν haud dubie ſcribendum eſt ϵχϵν. 67. Επει θϵσφατων ηκουσαν Ειπϵ] Ad hanc αποδοσιν pertinet illud Metrici apud Brubach. ϵν τῃ τϵλϵυτῃ αποδοσϵι, αντι χοϱιαμβω μολοσσος κϵιται: Nam ita ſcribendum eſſe hæc ipſa probant, in quibus Moloſſus ille eſt: Perperam haud dubie: Nam talem licentiam nemo probabit, rei Metricæ gnarus: Locus eſt corruptus: Fallor, aut ſcribendum, Επει θϵσφατων ακοησαν. Ειπϵ: ακουω, ακοη, ακοαω, ακοαζω: ab ακοαω eſt ακοησαν & ακοασαν: quod non intellexerunt ſcribæ: ακοησομαι ab eodem ακοαω eſt: Id extra dubium, quicquid Grammatici crepant: Rariora autem illa ſunt reducenda, ubi id commode fieri poteſt, ut ſic Lingua ditior evadat.
70. τϵϱον γονον αναϰτα πατϱος τϵχϵιν] Verſus Jambicus claudicat: Fulcrum appone & ſcribe, τϵϱον γονον γ' αναϰτα πατϱος τϵχϵιν. 73. Διωξϵι χϵιϱι, τϱιο-] Recte ſyllabarum menſor χϵϱι: Pueri vident. 75. Δϋ μισγομϵναν] Antiſpaſtus a Pyrrichio incipiens: In aliis a Trochæo incipit: Variatio eſt licita: Schmidius Ζηνι: Audacter & imperite: Διος ſequitur,

tur, ut vides. 79. Δε λεχεων τυχυσα] Antiſpaſtus quinqueſyllabus, & nulla hic Synizeſis. 82. Χειρας εναλιγκιον] Χερας Colon Jambicum mavult absque dubio. 83. Στεροπαισι τ' ακμαν ποδων] Hic etiam ανακλασις eſt in Jonico a Syzygia Jambica ἑπτασημῳ, neque neceſſe ut Στεροπαισιν τ' ακμαν ποδων ſcribas. 84. Το μεν εμον, Πηλει θεο-] In aliis Πηλεϊ: Πηλει θεο non improbo: Pro Tribrache enim Dactylus eſſe poteſt in Colo Trochaico: ſed quia in aliis διαιρεσεσι Tribrachys eſt, isque facile haberi poteſt, magis etiam arridet mihi Πηλεϊ θευ: Sic Idiomatis etiam ratio habetur: Το μεν εμον, *ſententia quidem mea.* 85. μοιρον οπασαι γαμυ Αι-] Colon Antiſpaſticum ægrotat: Vox loco mota eſt, & ipſe Pindarus ſcripſit, μοιρον γαμυ οπασαι Αι-: Antiſpaſtus hic etiam eſt quinqueſyllabus, ut vides: Το μεν εμον οπασαι optimum: Schmidius ineptit. 87. Τε ευσεβεστατον φασ' Ιαωλ-] An φασ' corripuit Pindarus? Vix ac ne vix credo: Legendum, vel Τε ευσεβεστατον φαν Ιαωλ-, ut præteritum tempus ſit pro tempore præſenti: vel trajecta voce, Τε φασιν ευσεβεστατον Ιωλ-: Utrumque bonum: Poſterius tamen præfero. 88. κυ τραπειν πεδιον] Ita Editores cum Benedicto: Nihil abſurdius, ſive verba, ſive ſententiam ſpectes: πεδιον Ιαωλκυ τραπειν non poteſt intelligi, ut illi putant, de urbe expugnata, ſed ipſum ſolum everſum & converſum ex-

primit perabſurde: Quid autem urbis expugnatio ſola hoc loco? Eane probabat Pelei ευσεβειαν? Nugæ, nugæ: Longe aliter locuta fuiſſet Themis, ſi innocentiam illam Pelei habuiſſet in animo: Id certum & dubii expers: Alii omnes, uno Librorum conſenſu, κὰ τραφειν πεδιον: quod optimum eſt, ſi notam temporis mutes, & pro τραφειν ſcribas τρεφειν: Nam præteritum hoc ab indole loci plane abhorret: quem piiſſimum alit Jolci ſolum: Nihil planius aut facilius. 89. αφθιτον αντρον] antrum incorruptum, intemeratum, purum, nulla vitiorum labe commaculatum: Ad ευσεβεστατον hoc commode accedit: *immortale antrum* hic ineptit palam: Junge V. 101. Od. 8. Pyth. 101. σιν. Επεων δε καρπος] Antiſpaſtus iterum quinqueſyllabus. 105. Νεαν ανεδειξαν σοφων] Male habet Colon Epionicum: Non male Schmidius ſyllabas numerans, Νεαραν εδειξαν σοφων: Præfero tamen trajecta voce, Ανεδειξαν νεαν σοφων: Et ſic in Jonico non eſt ανακλασις a Syzygia Jambica; quæ ἐξασημος, ut vides. 106. Στοματ' απειροις αρε-] Ut Trochaicum Dimetrum Brachycatalectum habeat numeros, legendum haud dubie Στοματ' απειροισιν αρε-: Eo pertinet Aldinum στομασ' πειροισιν αρε-.
107. ταν Αχιλλεος· ὁ και Μυ-] Antiſpaſtus quinqueſyllabus ſibi requirit Αχιλεος.
111. Ατρεαδαισι] Recte ab Ατρευς: Benedicti Ατρεϊδαισι non indigemus: Et alterum ejus A-

τρει-

τρειδαισι Metro vim inferret: Verbo noto propter rudiores. 112. Ελεναν τ' ελυσατο, Τρωϊας] Bonus Schmidius hic etiam Τροϊας: An credidit, ω ante ι corripi non posse? 114. Ρυσλο ποτ' εκ μαχας εναριμβροτυ] Schmidius Metrum curans suo more, sententiam corrupit; quæ male ambigua est, si εκ tollas, & μαχας εναριμβροτυ εργον jungas: Cave igitur mutes, & post εναριμβροτυ distingue sedulo. 123. Τε ριζαν προφαινε] Antispastum hic habemus quadrisyllabum in Antispastico. 127. Θ' Ελικωνιαι παρθενοι] Hic iterum in Jonico est ανακλασις a Syzygia Jambica επλασημῳ. 128. 129. Εσταν, επι θρηνον τε πολυφαμον εχευαν. Εδοξεν] Utrumque Colon manu medica indiget: Scribe, Εσαν, επι θροον τε πολυφαμον εχευαν. Εδοξεν: Εσαν ε Tribrachys est, quem hic malo, quam Dactylum Εσταν ε, quia duo alii pedes etiam non sunt Trochæi: Appositissimum autem παρα ταφον εσαν οι: πι θροον Anapæstus est pro Spondeo: Et θροος idem, quod θρηνος: θρεω, θροος, θρηνος: Eadem origo utrique voci; & pro voce irrepsit interpretamentum vocis: φαμον εχευαν est Antispastus quinquesyllabus, & Diphtongus ante vocalem corripitur. 133. Το και νυν φερει λογον] Hoc ita ad præcedentia referendum, ut sequentia etiam vel præcipue respiciat: Eadem enim ratio nunc impellebat Poëtam ad laudandum Nicoclem, qui mortuus quoque re bene gesta: Imperite Schmidius mutata

tata distinctione & adversante particula, Εσσυται δε? Sententiæ nexum non vidit: Tu scribe, ut alii omnes ante Schmidium, Το και νυν φερει λογον, εσσυλαι τε Μοισαιον &c. 136. Γεραραι τε μιν· ὁς Ισθμιον αν απο] Colon Jambicum patitur crurifragium: Scribendum est, Γερασαι τε μιν γ', ὁς Ισθμιον αρ' απω: γερα-ζω idem, quod γεραιρω: Ισθμιον pro Ισθμιον στεφανον non displicet: Fors tamen aptius subaudiri potest γερας, ex ipso γεγωνα, quod præcedit: Ita enim Auctores plus semel, ut Eruditi sciunt: αν flaccescit miserc: Pro eo αρ' sumsi; quod certum & planum: Schmidii αυ ambiguum est, quia ipsi ἀσκληνονες sunt ambigui. 137. Δωριων ελαχε σελινων] Scribe in gratiam Versus, Δωριων ελαχεν σελινων. 142. Τον μεν ου κατ-τελεγ- χει κρινθ γενεα Πατραδελφεα] Nicocles & Cleander fuerunt patrueles, sed ita, ut ætate longe provectior fuerit Nicocles mortuus Cleandro: Sententia probat. 145. λικων τω νις αἰδρον] Hic etiam est Antispastus quadrisyllabus in Antispastico. 149. καθος τ' αγων συν τυχᾳ] ανακλασις iterum in Jonico a Syzygia Jambica: Primam in αγων producere non necesse. 151. τας πριν εδεχλο· τον αινειν] Antispastum quinquesyllabum cum Dactylo in principio, hic sumo: Erunt, qui scribent, τας πριν δεκτο: sed nulla necessitas: νεοτας sunt νεοι, qui in Epidauro antea exceperant Cleandrum, ut nunc illos in Ægina eum excipere volebat Pindarus. 152. Αγαθω παρεχει] παρεχει est impersonale: *bono licet:* jure potest bonus: Interpretes non bene.

FINIS.